OTHONIS MELANDRI HONENSIS HES-SI, J. U. D.

In reliquas Partes X. Proceſſus Camera-
lis Noah Meureri,

COMMENTARIA,

*N QVIBVS, PRÆTERQVAM, QVOD MVL-
I DVBII ORDINATIONIS CAMERÆ TEXTVS, ET DIVER-
ſa, tàm Veterum, quàm Recentiorum, qui de hac Proceſſus materia in hunc vſque diem ſcripſe-
runt, Opiniones nouè declarantur, examinantur, deciduntur, & cum con-
trarijs dilucidè conciliantur: Etiam*

ROCESSVS CAMERALIS EX RECESSIBVS IMPERII,
Deputationum, Viſitationum, Memorialibus Viſitationum, Decretis Viſita-
torum, Communibus Decretis, & Conſultis Cameræ:

*CVM ENODATIONE MVLTARVM CONTROVERSIA-
rum tàm Cameralium, quàm aliarum: & Formularium interſperſione,
aut remiſſione ad alios Autores, tractatur,
explicatur, declaratur,*

ET ADIECTIONE INSVPER MVLTARVM, EARVMQVE
vtiliſſimarum Practicarum Obſeruationum, quæ tam ad Proceſſum,
quàm ad alias materias ſpectant.

OPVS THEORICIS ET PRACTICIS VTILISSIMVM.

ANNO



M. DCI.

Cum Gratia, & Priuilegio Cæſareæ Maieſtatis.

FRANCOFVRTI EXCVDEBANT HÆREDES
Romani Beati, ſumptibus Ioannis Spieſſij.

Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS,
ET POTENTISSIMIS PRINCIPIBVS AC DOMINIS, DOMINIS IOANNI CASIMIRO, ET IOANNI ERNESTO, FRATRIBVS GERMANIS, DVCIBVS SAXONIÆ, LANDGRAVIIS TVRINgiæ, & Marchionibus Miſniæ, Dominis ſuis Clementiſſimis, & ſumma animi obſeruantia, humiliter, ac demiſſè colendis.

CVM duabus maximè rebus Principes viri magnam ſibi gloriam comparent, & nomen ſuum ad ſempiternam immortalitatis commendent memoriam, Pietate nimirum, & Iuſtitia, eas res ambas, Principes Illuſtriſſimi, magnæ VV. CC. curæ eſſe, cùm alia innumerabilia in ditionibus terriſque veſtris præclariſſimè conſtituta, teſtatum faciunt, tùm verò documentum nullum extat illuſtrius, quàm quod & ſcholas atque Eccleſias laudabiliter conſtituiſtis, & iuri dicendo reddendoque, tùm in communi veſtra curia, tum in Collegio, vt appellant, Scabinatus, annis abhinc aliquot Coburgi à vobis inſigniter inſtitutis, quibus publicum ibidem Gymnaſium vos adiungere decreuiſſe, conſtanti hominum ſermone increbuit, tum verò etiam in aulis veſtris præfeciſtis, viros abſolutiſſima iuris omnis ſcientia præditos, in quibus Petrus VVeſenbecius Iureconſultus incomparabilis, ex Academia Altorffiana magno à vobis ſtipendio euocatus, & Volcmarus Schererus, atque Andreas Knichen, Celſitudinum veſtrarum Cancellarij, tanquam dij maiorum gentium, ac clariſſima quædam in Iuriſprudentia lumina, emicant. Nihil iam dicam de veſtra priuata in DEO OPT. MAX. colendo, pietate, & obſeruantia, nihil de Iuſtitiæ adminiſtratione æquabili, nihil de diuina veſtra erga omnes ſubditos, cumprimis veſtros, clementia, quæ vna virtus, Principes, atque Magnates

diis exæquare ſemper viſa eſt. Nulla enim re propius ad DEVM accedere Principes, quàm Clementia, vere ſcriptum eſt.

Hæ veſtræ virtutes ampliſſimæ, præſtantiſſimæque, Principes Illuſtriſſimi, Domini Clementiſsimi, me impellunt, vt hunc alterum meum Commentariorum Cameralium Tomum, VV. Celſitudinibus inſcribam, atque conſecrem. Eum vt contra virulentiſsimos in hac extrema mundi ætate Sycophantarum morſus, in clementiſsimam tutelam veſtram accipiatis, ſuppliciter ac demiſſe peto, quæſoque.

Quod reſtat, oro illum Opificem & moderatorem mundi DEVM, velit is Celſitudines Veſtras tàm animis, quàm corporibus, ad ſexcentos annos ſaluas, & incolumes, ac florentes conſeruare, iiſque vbertim benedicere. Datis 13. Calendar. Septembr. Anno Salutis, M. DCI.

VV. CC. humilimus ſeruus

Otho Melander. I. V. D.

OTHO.

Digitized by Google

OTHONIS MELANDRI IVRISCONSVLTI, COMMENTARIORVM IMPERIALIS CAMERÆ PROCESSVS, &c.

Pars Tertia.

DE APPELLATIONE, RESTITVTIONE in integrum, Supplicatione, & Reuiſione.

I.

QVAM varij ſint termini cauſſarum in iure ſuſpenſiui, apparet *ex Maranta in aureo ſuo ſpeculo part. 6. titu. de Appellatione num. 4.* vbi decem modos recenſet, Appellationem nimirum, Prouocationem, Relationem, Reclamationẽ, Supplicationẽ, Recuſationẽ, Reſtitutionẽ, Querelam, Reductionẽ, & Dilationẽ, quibus Reuiſio, *de qua agitur part. 3. Ord. Cameræ Imperialis tit. 53.* rectè accenſeri poteſt. Nos ſuperuacaneum & ab inſtituti noſtri ratione alienum exiſtimamus prædictos iſtos terminos cauſſarum ſuſpenſiuos omnes & ſingulos perſequi, quod illud ipſum tùm à Maranta d. loc. tùm ab aliis iam ante ſatis abunde ſit præſtitum. Tãtum igitur de Appellatione, Reſtitutione in integrum, Supplicatione, & Reuiſione in hac parte tertia diſſerere nobis propoſitum eſt, & de Appellatione quidem non tantum, quantum ſumma huius materiæ amplitudo merebatur, vtpote quæ ab aliis iampridem luculentiſſimè ſit pertractata, ſed quantum inſtituti noſtri ratio in proceſſu Cameræ Imperialis explicando, & Autoris textu enarrando ſuſcepta requirere videbitur.

Cæterum in prooemio huius partis tertiæ ab omnibus Electoribus ad Cameram Imperialem appellari ſcribit Autor verb. Von allen Churfürſten / Id quod ita generaliter & indiſtinctè pronunciatum falſum eſt, tum quod ſinguli & vniuerſi atque omnes Electores, vt ab ipſis appellari non poſſit ad Cameram Imperialem, priuilegium obtineant ex conſtitutione Aureæ Bullę Caroli quarti Imperatoris Norimbergæ anno 1356. facta tit. von der Churfürſten Freyheiten verb. vnd ſetzen darzu außtrücklich / daß keinen Graffen / Freyherrn / Edlen / Lehenherrn / Dienſtmannen / Rittern / Knechten / Burgern / Bawren / noch einer andern Perſon / ſo denſelben Stifften vnd Gottshäuſern (intellige Meyntz / Cölln / vnd Trier)

A de his

de his namq; Imperator in præcedentib. verbis mentionē nominatim fecerat Vnterthan/oder in ſolchen Biſtumben wonhafftig/weß Weſens/Standts/vnnd Condition ſie ſeyen/von eynigē Proceß oder Vrtheyl/wie die genēñt/noch gebotten der vorgedachten Ertzbiſchoffen/derſelben Stifftē vñ Gottshäuſern/oder von jren Weltlichen Amptleuten/gegeben/ zu einem an dē Gericht zu appelliren/keines wege gebüren noch frey ſtehen ſoll/ſo lang in ermelten Ertzbiſchoffen Gerichten/ jnen den Clägern das Recht mitgetheylt/ vnd nit verſagt wirdt. Gebieten darneben/daß man die Beruffung/ſo dawider geſchehen/nit annehmen/ſondern als Verwürfflich vnd Vnkräfftig haltē. Et paulo poſt. Vnd dieſe Verodnūg wollen Wir auß Macht vnſers Kayſerl. Geſetzs auff den Durchleuchtigſten Pfaltzgraffen bey Rhein/den Hertzogen zu Sachſen/vnd Marggraffen von Brändenburg/Weltlichen Churfürſten vnd Leyen/jre Erben/Nachkoñen/vnd Vnterthanen erſtreckt haben/in aller Maß vnd Bedingung/wie zuvor begriffen: tum verò etiā quod licet reliqui Electores omnes priuilegio ſeſe ſuo abdicauerint, prouocationem à ſeſe ad Camerā Imperialem admittant, Saxo tamen & Brandeburgicus priuilegium illud ſuū, ſartum tectum & incolume ſibi conſeruârint, neutiquā à ſeſe appellationē ad Cameram Imperialem admittentes. Id quod etiam alio ipſis peculiari priuilegio conceſſo confirmatum fuit; & Electori quidem & Ducib. Saxoniæ (à quib. perinde vt ab Electore ipſò non appellatur) *Anno 1559.* Electori autem Brandenburgico Anno 1586. Cæterum quantumuis à reliquis Electoribus appelletur; illud tamen non ſit niſi intra certam ſummam. Sic à Reuerendiſſimi Domini Electoris & Archiepiſcopi Mogūtini dicaſterio ſiue curia, ad Camerā appellare nō eſt licitum, niſi cauſſæ valor ad ſummam 400. florenorum aſcendat. Quod priuilegium Anno 1521. ipſi collatum fuiſſe *ſcribit Pet. Frid. Mind.* in libell. de priuilegiis quorundam Imperij ſtatuum. Appellans in ſuper prius, quam appellationē proſequi incipiat, iuramentum & cautionē præſtare tenetur. Treuirēſis Archiepiſcopus & Elector hoc priuilegio gaudet, vt nō niſi in cauſis 500. florenos aureos excedentib. ab ipſo appelletur, ſed ita tamen, vt appellans intra trimeſtre à die latæ ſententiæ cōputandum iuramentum calumniæ, cautionemq; ſub hypotheca omniū bonorum præſtare teneatur, ꝙ ſi nō fiat, appellatio ꝓ deſerta habetur, & ſententia executioni mandatur. Quod priuilegiū ipſi An. 1562. indultū fuiſſe teſtatur *Friderus d. loc.* Eodē priuilegio fruitur Archiepiſcopꝰ & Elector Coloniēſis, An. 1570 ipſi cōceſſo, à Principe Electore Palatino Jm Vntern vnd Obern Fürſtenthuñ der Pfaltz am Rhein/ vñ Bayern/ ſi cauſſæ valor mille florenos aureos non excedat, ex priuilegiis ipſi Anno 1566. & anno 1578. conceſſis, ad Cameram Imperialem appellare non licet.

Hoffgericht] Ab his quoq; Iudiciis ſummis Principum & ſtatuum Imperij in prœmio huius partis tertiæ ad Camerā appellari ſcribit Autor noſter. Vbi circa hoc cōmonefaciendum eius lectorē putaui, quod in Haſſia receptum eſt. Ibi n. à ſummo dicaſterio, quod cōmunib. omnium Haſſiæ Principum ſumptibus Marpurgi ſuſtentatur, cuius præcipuus hodie veluti director eſt, excellētiſſimus ille Iuriſconſultus Hermannus Vulteius præceptor meus cariſſimus, nō ad Camerā ſtatim Imperialē appellatur, ſed Reuiſio prius Actorū ex quib. ſententia illa lata eſt, corā deputatis iſtorū Haſſiæ Principū conſiliariis, Caſſellis inſtituitur.

I. Regula quam hîc tradit Autor, maxima ſui parte deſumpta eſt ex *p. 2. Ord. tit. 28. in prin.* vt ibi videre licet.

Die ohne Mittel dem Reich vnterworffen] Appellationes. n. nō niſi gradatim, nulloq; interiecto medio Iudice, præterquam ſi is iuſtitiam notoriè negârit, vel cauſſæ affinis, aut aliunde inhabilis ſit, in Camera recipi debent *p. 2. Ordi. tit. 29. in princ. verb.* Jtem es ſoll kein Appellation an dem Kayſerl. Cam̃ergericht angenom̃en werden/ die nit gradatim geſchehen/ vnnd die einen nähern Richter hett/ es were dann/daß der nächſt Vnterrichter dem Appellanten Küntlich das Recht verſagt/ oder der Sachen verwandt/ oder ſonſt auß rechtmeſſigen Vrſachen in der

Sachen

Sachen nicht Richter ſeyn köndt/oder wolt. Gail.1.obſ.119.n.2. Mynſing.cent.2.obſ.67. Quod idem iure communi ciuili (Canonico enim iure, omiſſo medio, ad ſuperiorem interpoſita appellatio valet. c. Metropolitanum 2.q.2.) docetur l. Imperatoris ff. de appellat. recip. Limitatur hoc ſimiliter iure communi, ſi iudex mediatus iuſtitiam denegaret, aut aliâs ex iuſtis cauſſis ſuſpectus eſſet, vel cauſſam ſua ſponte ad ſuperiorem remitteret, aut inhabilis eſſet Felin. in c. ſuper quæſtionum §. porrò num.14. Mynſing. d. obſ.67. Gail. d. obſ.119.n.2.

Vnd andere Flecken] Intelligit, opinor, autor vicos illos, qui ciuitatum Imperialium iuriſdictioni ſunt ſuppoſiti, vt qui cauſſam ſuam coram delegatis à ſenatu prius diſputent, poſtea autem delegatorum iſtorum ſententia grauati, ad delegãtem ſenatum appellent, quod à delegato ad delegantem appellari ſoleat l.1. in prin. & l.2. ff. Quis & à quo appellet. l. Imperatores § ijdẽ ff. de appellat. l.1. C. Qui pro ſua iuriſdict. Marant. in aureo ſuo ſpecul. p.6. d. tit. de appellat. num.375. Gulielm. Hanneton in ſuo Tractat. de iudicior. Ordin. & form. tit. de appellat. pag. (mihi) 131. circ. fin. Gail.1.obſ.121.n.2. Vtrum verò à ſubdelegato ad delegatum, an verò ad delegantem appellari debeat, acriter controuertunt interpretes, ſicut videre eſt apud Bart. in l.1. §. Ab eo ff. Quis & à quo appelletur. Marant. in ſpecul. part.4.5. principal. diſtinct. n.27. & p.6. tit. de appellat. n.367. & apud Treutlerum IC. Cæſareæ Maieſtatis conſiliariũ Magnificum, amicum meum ſummum, vol.2. diſp. vlt. theſ.6. Mihi ſentẽtia Gulielmi Hannetonij, in tit. de appell. omnium veriſſima videtur, cum indiſtinctè à ſubdelegato, non ad delegatum, qui per ſuam ſubdelegationem omni iuriſdictione priuatus eſt, ſed ad delegantem appellandum eſſe ſcribit per d. l.1. §. ab eo ff. Quis & à quo appelletur c. ſuper quæſtionum §. porrò in princ. extra de offic. iudic. delegat. Verum de hac quæſtione ſuo loco volente DEO aliquando dicam accuratius.

Da aber auß vnwiſſenheit gleich nicht an die Cammer/ſondern an die Röm. Kay. May.] Appellationem ex ignorantia factam ad Imperatorem, non autem ad Cameram, nihilominus tamen, quotidiè in Camera Imperiali recipi docet Autor, quod Camera Imperialis concurrentem cum Imperatore iuriſdictionem habeat, eumque in cauſſis ſibi commiſſis repreſentet. Gail. lib.1. obſ.11. in fin. & obſ. 29.n.2. Quinimo vt maximè in aula Imperatoris huiuſmodi appellatio iam tum recepta ſit, ipſum nihilominus tamen appellationẽm ad Cameram remittere poſſe, idq; plerunq; fieri ſolere, colligitur ex illis, quæ tradit idẽ Gail.1.obſ.121. in fi.

Wirdt von den Landtgerichten] Excipitur das Landgericht in Franconia. Ab illo enim non ad Camerã, ſed ad Epiſcopum appellatur. Sic cõſuetudo obtinet, vt à Scabinis in Gülch/ Ach/ Goßlar/ Hamburgk/ Herwerde/ Zenige/ Soſt/ Item vom Thumbcapitel zu Hamburgk ad Cameram quoq; appellari ſoleat, ſicut annotatum eſt ab Autore Cõmentatiorum in Ordinationem Cameræ Imperialis, quæ Iulianus Magenhorſt hoc anno Francofurti in lucem edidit, p.2. Ordin. tit.28. in prim. reg. pag. (mihi) 264. & 265.

11.

Dem Adel] Hoc intellige de nobilib. immediatè Imperio ſubiectis. Ordinatio namq; p.2. d. ti.28. expreſſe requirit, vt nõ niſi à iudicib. immediatè Imperio ſubiectis ad Cameram appelletur, verb. Von den Vrtheylen durch die ordentliche Richter dem Kayſ. Cammergericht ohne Mittel vnterworffen/ außgeſprochen. Adde D. Petrũ Denais. in iure Camerali Rubr. Appellationis interpoſitio.

Vermög der Ordnung vnd Außträg] A iudicib. vigore Ordinationis ſiue auſtregarũ datis, de quib. ſupra p.1. ſatis copioſe diximus, ad Camerã quoq; appellatur p.2. tit.6. verb. Es ſoll auch in allen vorgemelten Articuln jedẽ Theyl an dz Kay. Cam̃ergericht zu appelliren zugelaſſen ſeyn/ ꝛc. & p.2. Ord. tit.28. in princ.

Billicher an die Kay. M. ſelbſt.] Quú à Cõmiſſariis Cæſaris vigore Ordinatiõnis, hoc eſt, ſecundum priuilegium primæ inſtantiæ datis ad Camerã appellari poſſit, nullum prorſus dubium eſt, ſicut ex præmemoratis cõſtat. An verò à Cõmiſſariis aliis extra caſum auſtregarum à Cæſarea Maieſtate datis, ad Came-

Digitized by Google

ram, an verò ad Imperatorem appellari debeat in quæſtionem venit. Quod ad Cameram ab illis quoq; apellari poſſit, videbatur dicendum ex eo, quod Camera per modum contractus ex Ordinatione Cameræ cũ Cæſare concurrente iuriſdictionẽ habeat, atq; adeo ipſum Cæſarem, quoad iuſtitiæ adminiſtrationem, in cauſis ciuilib. repræſentet, & vocetur iudiciũ Cæſaris, das Kayſ. Cam̃ergericht. Hinc ſi partes prius Camerã quã Cæſarem adeant, & citationẽ petant, iure præuentionis illa decerni, & cauſſa ibidẽ agitari poterit *Gail. 1. obſ. 29. n. 3. per c. propoſuiſti de for. Competent. & cõplures de officio delegati.* Deinde quod eadẽ in vtriſq; commiſſariis ratio obtineat; vbicunq; aũt eſt eadẽ ratio vel æquitas, ibi debet eſſe eadẽ iuris diſpoſitio *l. illud ff. ad l. Aquil. & l. à Titio ff. de verb. oblig. Euerh. in Topic. leg. a loc. à ſimil.* Nulla .n. cauſſa dari poſſe videtur, quæ impediat, quo minus ab his cõmiſſariis ad Camerã perinde appelletur, vt à cõmiſſariis vigore Ordinationis ſiue priuilegij primæ inſtantiæ datis. Dicendũ igitur videtur, vtroq; in caſu rectè ad Camerã appellari. Quod verò à Cõmiſſariis à Cæſarea Maieſtate extra hunc auſtregarũ caſum datis, ad ipſam Cæſareã Maieſtatẽ, non aũt ad Camerã appellari debeat, hæc euincũt argumẽta. Primò .n. caſus aliqs omiſſus in ſtatutis & cõſtitutionib. iuris cõmunis diſpoſitioni reſeruatur *l. cõmodiſſimè ibiq; DD. ff. de liber. & poſth. & l. Quicquid aſtringenda ff. de ver. obl.* At verò caſus hic in tota Ordinatione omiſſus eſt. Iuris igitur cõmunis diſpoſitioni relinquitur, quæ à delegato ad delegantẽ appellari oportere docet per ſupra allegata. Ab iſtis igitur cõmiſſariis vt qui ab Imperatore delegati ſint, ad Imperatorẽ cõmittentem ſiue delegantem appellari neceſſe eſt. Maximè cum verbis legis & Cõſtitutionis ſiue Ordinationis ceſſantib. ipſa quoq; lex ceſſet, cõſtitutio, ſiue Ordinatio *l. 4. §. toties ibiq; Bart. & DD. ff de damn. infect. l. ita aũt 5. in prin. ibi. Bart. ff. de adminiſt. tutor. l. fi. C. de præd. Curial. lib. 10. Hieron. Grat. conſ. 87. n. 12 lib. 1. Crau. conſ. 10. n. 7. Neviz. conſ. 92 n 5. Carol. Mol. in conſuet. Pariſ. p. 1. gl. 3. n. 9. Roland. à Valle in tract. de lucro dotis q. 34. Franc. Hercul. in tract. de Caut. de nõ offendend. c. 48. n. 2.* & nõ veriſimile eſt legiſlatorẽ id voluiſſe, quod verbis non expreſſit *c. inter corporalia ibi. Bald. extra de tranſact. prælat. c. ad audientiã extra de decimis* Cũ igitur verba Ordinationis in hoc caſu ceſſent, neq; vllo in loco aliquid de eo diſponãt, ceſſabit merito & ipſa Ordinatio, q̃ edicit, vt à Commiſſariis Cæſareæ Maieſtatis vigore Ordinationis vel priuilegij primæ inſtãtiæ datis, ad Camerã appelletur, & cum Imperator, Proceres, & ſtatus Imperij in Ordinatione verbis non expreſſerint idem eſſe in cæteris cõmiſſariis extra hunc caſum datis, neq; veriſimile eſt eos id voluiſſe. Quod tertio tantò magis dicendũ, quia *par. 3. Ord ti. 54.* ſiue vltimo, expreſſe ſancitũ eſt, vt in omnib. caſibus, qui p Imperatorẽ, Proceres, & ſtatus Imperij in Ordinatione expreſſe deciſi non ſunt, ius cõmune ſeruetur verb. Wir ſetzen/ordnen vnd wöllen/daß in allen vnd jeden Fällen/die hievõ nit ſonderlich vñ außtrücklich in dieſer Ordnung deß Gerichtlichen Proceß halben verſehen/das gemeyn Recht ſtatt haben/vñ vermög deſſelben gehandelt vñ Procedirt werdẽ ſoll. Iã verò caſus hic in Ordinatione expreſſe deciſus nõ eſt, ius igitur cõmune merito ſeruatur. Proinde ad Imp̃atorẽ, nõ aũt ad Camerã appellabitur.

Non obſtat ratio prima pro affirmatiuæ ſententiæ defenſione ſupra in mediũ allata, quoniã illa non procedit, ſi partes prius Cæſarẽ, quã Cameram adeant, citationemq; petant. Tunc enim iure præuentionis citatio in aula Imperatoris decerni, ibiq; cauſſa agitari poteſt *d. c. cum plures de off. deleg. in 6. & ibidẽ Anch. n. 2 Phili. Franc. n. 2. DD. in l. ſi quis poſtea ff. de iud. Soc. in d. c. propoſuiſti Gail. d. obſ. 29. lib. 1. n. 3.* In ordinariis .n. iudicibus, qui parẽ habent iuriſdictionẽ, præventio locũ habet *l. pen. ff. de petit. hær. Panor. in c. vt debitus n. 22. de appell.* Neq; obſtat, ſi regeras, Citatione nõ ab Imperatore, ſed à Cõmiſſariis datis in cauſſa decerni; quomodo igitur præuẽtio ibi locũ habere poterit, cũ p̃occupatio ſiue præuẽtio iuriſdictionis per ſolam citationem fiat *dict. l. ſi quis poſtea ff. de iudic. dict. capit. propoſuiſti. Marant. diſp. 6. numer. 20. Gail. d. obſ. 29. numer. 5.* Nam cum citatio illa à Commiſſariis Imperatoriæ Maieſtatis decernatùr, perindè habetur, ac ſi ab ipſa Imperatoria Maieſtate

decreta

decreta fuiſſet, quod commiſſarij illi Imperatoriam Maieſtatem repræſentent: certi namque & explorati iuris eſt, quod delegatus fungatur vice delegantis, *L. 1. §. Qui mandatum, & ibi Iaſ. num. 8. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſdict. l. Solet 16. ff. de iuriſdict. omnium Iudic.* eiuſque perſonam repræſentet *gloſſ. in L. vbi acceptum ſi & ibi Bart. nu. 2. ff. de iudic. Sebaſtian. Sap. rubr. num. 12. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſd. Sebaſtian. Sap. L. 1. §. fin. num. 10. ff. eod. tit.* quodque in delegatione non attendatur dignitas ſiue qualitas delegati, ſed dignitas ſiue qualitas delegantis *Iaſ. in L. etſi prætor 3. num. 5. ff. de offi. eius cui mandat. eſt iuriſdict.* Hinc perinde vt delegans honorari debet *c. fin. diſtinct. 93. Abb. & Felin. in c. cum olim extra. de offic. delegat. Card. clem. 1. oppoſ. 6. de offic. Iud. Abb. & Felin. c. mandata extra. de præſumpt. gloſſ. in c. quæ de cauſſa 2. quæſt. 5. Petr. de Anchor. c. grandi not. 5. arg. illius text. de ſupplic. negl. prælat. lib. 6. Angel. Aretin. §. cum autem Inſtit. Quibus modis ius patr. poteſt. ſoluat. Henning. Gæd. conſ. 2. nu. 30. lib. 4.* & iniuria facta delegato deleganti facta eſſe cenſetur, & perinde puniri debet, *Abb. in capit. cum olim el. 2. in princ. extra. de offic. deleg. Dec. in L. Solet, num. 4. ff. de iuriſdict. omnium iud.* Ideoq; receptũ eſt, quod delegatus reputetur & cenſeatur eſſe maior litigatoribus, licet ipſe alioqui dignitate inferior ſit *c. ſane el. 2. ibiq; Panorm. Feli. Dec. & DD. extra. de offi. deleg. c. paſtoralis extra eod. c. per tuas extra. de maior. & obed. L. fi. ff. de alb. ſcrib.*

Quæ cum ita ſint, citatio quoque à commiſſariis Cæſareæ Maieſtatis decreta præoccupationem ſiue præuentionem iuriſdictionis meritò operatur. Neq; obſtat ratio altera. Præterquam enim quod identitas rationis ſatis euidẽs nondum allata fuit, ac maximè aliqua eſſet, illa tamen hîc nihil efficeret, quod argumentum à ſimili non procedat, vbi tractatur de legum correctione *Bald. in capit. inter cæteras de reſcript. notat. in Auth. Quas. actiones C. de Sacroſ. Eccleſ. Euerhard. in Topic. Legalib. Loco à ſimili, vbi plura* allegat. & pro certo & indubitato tenendum, eſt quod ex identitate vel paritate rationis non liceat extendere legem correctoriam, & multò minus ex ſimilitudine rationis *Iaſon. in d. Auth. Quas actiones in 6. col. Euerhard. in Topic. Legalib. loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, vbi hanc veram & communem opinionem eſſe tradit.* ſicut ex eadem ratione ſtatutum iuris communis correctorium extendere non eſt licitum *Schrad. de feud. p. 7. c. 5. n. 67. & eadem p. 7. cap. 3. n. 9. & c. 4. n. 69. & p. 10. ſect. 17. n. 32. 33. & ſeq.* Cum autem hac ratione futurum eſſet, vt iuris communis, quod vult, vt à delegato ad delegantem appelletur per ſupra allegata, correctio induceretur, luce meridiana clarius inde apparet, à commiſſariis Cæſareæ Maieſtatis extra caſum auſtregarum datis, ad ipſam Cæſaream Maieſtatem non autem ad Camerã appellari.

Quamuis verò ex iuris veritate hæc ita ſeſe habeant, ſcribit tamen *Gail. 1. obſ. 161. n. 3.* Imperatorem, etiamſi ad ipſum appelletur, poſſe, & id plerunq; fieri ſolere, cauſam appellationis vna cũ actis & actitatis ad Camerã Imperialẽ remittere.

IV.

Vnd durch niemandts ſollen gewehrt noch gehindert werden] An valeat ſtatutum, ne appelletur, mirum in modum inter ſeſe confligunt interpretes. Verior illorũ mihi ſententia videtur, qui valere negant, quod appellatio defenſionem contineat, quæ iuris naturalis eſt, ideoq; nemini auferri poteſt, ſicut notant cõmuniter *DD. in L. vt vim, ff. de inſtit. & iur.* videantur de hac quæſtione *Bart. in L. fi. de aqua pluuia arcend. & Bald. in L. præſcriptione C. ſi contra ius vel vtilitat. publ. Rom. conſ. 218. & Bald. conſ. 278. lib. 4.* qui omnes ſtatutum huiuſmodi valere negant, hac tamen moderatione adhibita, quod licet per ſtatutum non poſſit tolli appellatio, poſſit tamen tempus modificari *Decius conſ. 533. n. 2. Incip. Iuridicas puto,* in contrariam diſceſſit ſententiam, ſic vt ſtatutũ illud valere putet. Et talia ſtatuta in quibuſdã locis Germaniæ extare, Gailius conſuetudinum Germaniæ peritiſſimus Iuriſconſultus, teſtatur *lib. 1. obſeru. 135. n. 12.* Priorem ſententiã vtpote cõmuniorem *teſte Mynſing. 1. obſ. 14.* approbauit Imperialis Camera, quæ ſtatutis illis Germaniæ nonnullis, quæ appellationẽ tollunt, minimè attentis, appellationes nihilo-

hilominus recipit *Gail.d.obſ.135.n.12.* vbi ſæpius hoc factum ſe meminiſſe ſcribit. *Myn ſing.d.obſ.14.* vbi ita in cauſſa Annæ Seylerin/contra creditores Iacobi Seylers/Anno 1559. deciſum fuiſſe refert. Facit, quod Autor Cõmentariorũ in Ordinationem Cameræ, quæ edidit Iulianus Magenhorſt/*p.2.tit.28.in tert.regul.pag.* (mihi:)268. generaliter vel regulariter conſuetudine fieri nõ poſſe ſcribit, vt appellandi ius ad Camerã tollatur, ſicut multis rationibus deciſum fuiſſe commemorat, in cauſſa Klautz contra Hagendorn/ & in cauſſa Annæ Siglers contra Glaubigers & Würtzburg pro intereſſe.

V. Porrò quamuis ſtatutum appellationẽ à ſententia prohibens nõ valeat, ſicut ſupra diximus, pactum tamen de non appellando, vires habere receptum eſt, *l.cum anteriorib.5.§. Sin autem part.6.C.de temporib. appellat. l.1.§.3. ff.quib.app.* Ratio diuerſitatis eſt, quod pactum directè non tangat ius ſuperioris, ſed paciſcentes à ſeſe abdicent, quod in eorum facultate eſt, ſtatutum autem de non appellando diſponat directè contra ius ſuperioris. *ſicut ex Panor.in c.cum dilectus in 8.col.de arbit. notabiliter tradit Euerh. in Top. Legal. Loc. A pacto ad legẽ, ſtatut. vel conſuet.* Quæſtionem igitur cõmodè nunc proponit Autor, an, qui appellationi renunciauit, nihilominus in Camera ſupplicare, ſiue per modum ſupplicationis cauſſam in iudicium Cameræ introducere poſſit. Quod affirmat, ſed ita, ſi intra decem dies ſupplicetur. Idem tradit Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ à Iuliano Magenhorſt editorum *p.2.d.titul.28.regul.3.pag.267.* Et ita in cauſſa Iani Tranckſcherer contra Erneſtum Marchionem Badenſem factum, eſſe ſcribit, & *Myn ſing.cent.6.obſ.15.* Ratio eſt, quod appellatio & ſupplicatio, diuerſa ſint & ſeparata iuris remedia, ideoq; vno ſublato nihilominus ſuperſit alterũ *c.inter cæteras, ibidemq́; Canoniſt.extra de ſent.& re iudic.c.licet in fin. de ſent. Ex comm. l. Si domus ff. de ſeruitute vrbanorum prædiorum, ibidemq́; Bart.in princ.l.Diuus ff.de teſtam.milit.* Et in ſpecie eum, qui renunciauit appellationi, ſaluum adhuc & integrum ſupplicationis habere remedium, ſiue remota appellatione non cenſeri remotam ſupplicationẽ, tradit *gl.in c.ex litteris, in verbo ſupplicaui, de in integr. reſtit. Dec.conſ.133. vbi hanc communem dicit eſſe opinionem. Alex.conſ.88.n.2.vol.4.incip. in cauſſa. dominæ. Bald. & Salic.in l.fin. C. de tempor.appellat. Imol.in l.ex conſenſu §.fin.ff.de appel. vbi aſſerit, iſtam quæſtionem diu fuiſſe tractatam in aula Regis Aragonum, vti eum refert & ſequitur Rebuff. de ſupplic.q.11.diff.8.& q.6.in fin.& Marant.in tit.de appel.n.13.& 14. Et in terminis hanc deciſionem vti veriſſimam, rectè ad eum quoq́; qui appellationi renunciauit, extendit Rebuff. in Tract.de ſupplic.q.9.c.7.* vt nihilominus ad ſupplicationis admittatur beneficiũ, cum renuncians vni remedio non perdat aliud *Idem ſentit & refert præſtantiſſimus, Iuriſc.Dominus Ioann.Ludouic.Benderus, Imperialis Cameræ Aſſeſſor digniſſimus, in doctiſſimo ſuo tractatu de Reuiſion.concluſ.36.per tot.cumprimis autem nu.28.& 29.*

Quæſtionẽ mouet Autor, an ſi quis compromiſſo cũ aliquo facto, ſupplicationi renũciauit, ratione nullitatis citationẽ nihilominus impetrare poſſit, eaq; ipſi decerni debeat. Quod affirmat Autor noſter, & Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ *d.p.268.* allegans præiudiciũ in cauſſa Münſter contra Lotrinck Ratio eſt, quod appellatione remota non ſit ſublata nullitas *text.in c. vt concertationi, vbi in terminis noſtris hoc notant Philipp. Fran.& alij de appellationib. lib.6 text in c. inter cæteras de re iudic.& in c. Licet, in fin.de ſent.ex commun.in 6. & in l. ſi expreſſum ff. de appell.* in quib. patet, quod remota ſeu deſerta appellatione quis non prohibetur vti remedio nullitatis, ex quo appellationis prohibitio, vel illius remotio, aut omiſſio nullitatis, defectus & vitium non purgent *Alex.cõſ.123. Diſcuſſis col.5 lib.1 & conſ.47.in fin lib.5. Dec. Neap.354. in cauſſa n.18. Angel in conſ.107. Iacob in princ.* Hinc licet in cauſſa momentaneæ poſſeſſionis de iure ciuili appellari non poſſit *l.vn.C.Si de momentanea poſſ.quam communem eſſe opinionem DD. tradit Dec. in conſ.28.Diuinũ col 2.* per viã tamen nullitatis ſentẽtia in huiuſmodi cauſſa lata impugnari poterit *Bald in l.vnic.col.2.C.Ne in vna ead.cauſſ.& in d. l.vn. col 3.princ. C.*

Si de

Si de momenta. poſſeſſ. Vant. de nullit. tit. Quis poſſit dicere de nullit. Vnde patet, ſiue quis renũciauerit appellationi, ſiue ab ea per ſtatutũ vel aliâs prohibeatur, quo min⁹ nullitatis remedium intentare poſſit, prohibitus non videtur *Vant. d. tit. num. 35.* quod renunciatio & prohibitio huiuſmodi ſint ſtricti iuris, & in ijs non veniant, niſi ea, quæ in ſpecie expreſſa ſunt *l. Tres fratres ff. de pact. glo. ibid. in verb. poſſe. l. Emptor. §. Lucius ff. eod. l. Qui cum tutoribus §. fin. ff. de Tranſact. Calderin. conſi. 5. titu. de præbend. in fin. Zabarell. conſ. 120. num. 3. Dec. conſ. 352. num. 7. incip. Viſo puncto. add. Vant. d. tit. num. 33. 37. & ſeq. vbi eleganter hæc exornat. Mynſing. cent. 2. obſ. 77. Gail. 1. obſ. 35. Bend. de Reuiſ. concl. 36. num. 24. & ſeqq.* Ampliatur ſupra poſita Concluſio, quod remota appellatione non ſit remota nullitas, vt etiam procedat, licet reſcriptum Principis emanarit cum clauſula, remota appellatione *Gail. d. obſ. 35. nu. 7. vbi quam plurimos DD. adducit. Bart. in l. 1, §. Prætor nu. 1. & 2. ff. qui ſatisd. cogant. Bald. in repetit. l. Tale pactum. §. qui prouocauit nu. 12. ff. de pact.*

Limitatur, vt procedat, ſi nullitas principaliter intentetur, non autem, ſi incidenter, & quatenus permixta ſit appellationi *Vant. d. tit. quis poſſ. dicer. de nullit. n. 33. Mynſing. d. obſ. 77.*

VII.

Pulcrum eſt, quod hoc loco ſcribit Autor, ſi Iudex nolit prius pronunciare ſiue ſententiam ferre, quam partes appellationi renunciauerint, Cameram per mandatum cum clauſula compellere & mandare poſſe, vt hoc faciat, & alioqui, quod iuris eſt, pronunciet. Quod verum eſt, ſi Iudex ille Cameræ iuriſdictioni immediate ſit ſuppoſitus. Et hoc fieri ſe vidiſſe ſcribit Autor Commẽtariorum in Ordinationem Cameræ *p. 2. d. tit. 28. pag. (mihi) 267.*

VIII.

So die hauptſach nicht 50. flor. werth.] Hæc ſumma per conſtitutionem Imperij Anno 70. Spiræ in Comitiis factam, ad centum & quinquaginta aureos extenſa eſt, ſicut ſupra part. 1. diximus. Vbi itemque valorem iſtorum aureorum cum vicinis quæſtionibus indicauimus.

So iſt dieſe Summ nach deß Klägers æſtimation] Petitionem & æſtimationem Actoris hoc in caſu, non autem condemnationem inſpiciendam eſſe rectò hoc loco notauit Autor, quod pro iuriſdictione Iudicis fundanda, quid petatur, & non quid probetur, vel pronuncietur, inſpiciendum eſſe in toto hoc tractatu quam ſępiſſime dictum ſit. *l. cum quædam puella ff. de iurisd. omn. Iudic.* Sicut & pro iuriſdictionis tuitione plurium ſummarum coniunctio valet *l. ſi idem cum eodem ff. de iurisd. omn. Iud. Et ita hoc Neſer decidit in cauſſa* Viant *contra* Münſter/ *ſicut id refert Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 270.*

IX. Auch ander dergleichen/ ſo ſie gleich nit groſſe achtung haben] Idq; per d. Cõſtitutionem Imperij Spiræ Anno 70. in Comitijs factam, ſub moderatione tamen & diſtinctione, quæ ibidem adiicitur. Eam pro more inſtitutoque noſtro huc annotare viſum fuit: Ita autem ſeſe habet: Was aber vnablößlich Gült/ Zinß/ oder Nutzung anlangt/ ſetzen vnd wöllen Wir/ daß ſechs gulden järlichs/ vñ was darüber/ ſumma appellabilis ſein ſoll: aber was darunder/ darvon ſoll nicht mögen appellirt werden/ außgenommen da die Gült/ Zinß/ oder Nutzung der Obrigkeit anhängig: oder aber da derwegen auff des verfallen eigenthumb vel quaſi, ſo obgehörter ſumma gemeß oder darüber werth/ geklagt würde/ dann in denen/ wie auch in andern fällen/ ſoll es bey der Ordnung bleiben. Adde D. Petr. Denais. in Iur. Camerali nouiſſime edito Rubric. Appellationis ſumma, §. 2. & *Gail. 2. obſ. 133. num. 4. 5. & 6.* Eadem æſtimationis ratio etiam tum, cum de nullitate, ſeorſum & principaliter agetur, vel ſi aduerſus rem iudicatam Reſtitutio in integrum petetur, ducitor, d. conſtit. Imperij Anno 70. Spiræ in Comitijs promulgata Ebener maſſen/ cuius verba hæc ſunt: Ebener maſſen ſoll es auch gehalten werden/ da man auff die Nulliter principaliter oder pro reſtitutione in integrum wider ergangen Vrtheil klaget. Adde d. Petr. Denais. d. Rubric. Appellationis ſumma §. 2. Iſt Schuldig

bey ſeinem Eydt zu erhalten/ daß er lieber Funffzig gulden wolt verliren] Idque per Ordinationem Cameræ *p.2 tit.28. verb.* Vnd wo ein Zweiffel zwiſchen den Parthenen einfiel/daß die ſach/derhalben die Rechtfertigung geweſt/funffzig (hodie ex conſtitutione Imperij in Anno 70. ſicut dixi, ſumma centum quinquaginta aureorum requiritur) oder vnder funffzig gulden werth ſein ſoll: So dann der Richter erſter Inſtantz oder das Cammergericht derhalb kein grundtlich wiſſen hett/ oder daran Zweiffeln würde/ſoll dem Appellanten auffgelegt werden/ bey dem Eydt/ ſo er darvmb vor dem Richter erſter Inſtantz/ oder vor dem Cammergericht vor allen dingen erſtatten ſoll zu behalten/ daß er viel lieber funffzig gulden (intellige hodie hundert vnd funffzig) von dem ſeinen verlieren oder ſo viel nit gewinnen dann daß er ſich der haupt vnd Appellation Sach begeben wolt: So ſolcher Eydt von dem Appellãten beſchicht/ alß dann vnd nicht ehe ſoll der Richter in erſter Inſtantz der Appellation ſtatt geben/vñ die Appellation an dem Cammergericht angenom̃en werden. Hac tamen ordinatione maioris ſummę à priuilegiis nihil plane detrahitur *d.ti.28.p.2.ord.verb.* doch ſoll andern erlangtẽ rechtmäſſigen Priuilegirtẽ der Vndergerichten/die auff höhere Summen/dan funffzig Gulden ſich erſtreckẽ/nichts entzogen ſondern denen mit den appellationibus auch Zulaſſung derſelben gehalten vnd demſelben gemeß gehandelt werden.

Quod autem de iuramento iſto diſponit Ordinatio, eo vſque extenditur, vt etiam hæredi deferri poſſit *Gail.d.obſ.133 nu.7.* Iuramentum enim, quod à lege vel iudice defertur, etiam in hæredes tranſit, & eo caſu, quo defunctus præſtare iuramentum tenebatur, hęres à ſimili iuramento non liberatur, *DD. in l. ait prætor. la 2. ff. de iureiurand. & Matth. de Afflict. deciſ. 169 nu.8 incip. in dicta cauſſa, & Gail. d. obſ. 133. nu.8.* quod tamen in iuramento voluntario, vt quod perſonale eſt, & morte iurantis extinguitur, non procedit. *Gail. d. obſ. 136. n.8.* Si igitur ſumma vel conſtitutioni Imperij vel priuilegio conformis non ſit, appellatio ad Cameram non deuoluitur. *Gail. d. obſ. 133. nu.1.* Formam ſentẽtiæ ſuper appellatione ratione ſummæ ordinationis vel priuilegij ad Cameram non deuoluta, vide apud *eund. Gail. d. obſ. 136. nu.7. & ſupra part.1.* plura de hoc à me propoſita ſunt.

X.

Fürſtẽ/Stätt/oder andere von der Keyſer. May. Freyheiten erlangt] De ſtatuũ quorundam Imperij Priuilegijs à Cæſarea Maieſtate ipſis, de non appellando ab eorum ſententia, intra certam ſummam conceſſis, peculiarem Tractatiunculam ſcripſit Petrus Frider. Mindan. annexam primo ipſius libro De Proceſſ. Mandat. &c. & multa notauit Autor Commentariorum in ordinationem Cameræ à Iuliano Magenhorſt editorum pag. (mihi.) 273. 274. 275. 276. quo lectorem beneuolum remitto.

Da ſie anderſt dem Cammergericht inſinuirt] originalia priuilegia prędicta nõ aliter robur ſuum obtinent, quam ſi Cameræ Imperiali inſinuata fuerint, faciũt tradita per *Gail. 1. obſ. 1. à num.7. vſque ad num.14.* Et hoc idem expreſſe iubet atque edicit conſtitutio Imperij in comitiis Spiræ Anno 70. habitis promulgata, quæ eadem conſtitutio ſancit, vt priuilegia iſta à Lectoribus deſcribantur, & ſummę ac qualitates eorum tabella in curia ſuſpenſa proponantur. Verba Conſtitutionis hæc ſunt. Wir ſetzen/ordnen/vnd wöllen auch/ daß alle Stände vnd Obrigkeiten ihre von vns erlangte Priuilegien/de non appellando, in ſondern fällen ꝛc. vnſerm Keyſerlichen Cammergericht/ da es albereit nicht geſchehen/ innerhalb ſechs Monat von dato dieſes abſchiedes/ in originalibus inſinuiren ſollen/ damit vnſer Cammerrichter vnd Beyſitzer ſich darnach in Ertheilung der Proceß/ vnnd ſonſten darauf der gebühr zu verhalten wiſſen. Vnd ſollen ſolche inſinuirte in ein Pergamenbuch durch die Leſer vmb gebürliche Belohnung abgeſchrieben/auch die ſumma vnd andere qualitates, derhalben nicht zu appelliren/ in ein gemein taffel ſummariè annotirt/ vnd in der andern Rahtſtuben angehengt werden/darinn die Bey-

ſitzer

ſitzer iederzeit der Notturfft nach ſich zu erſehen. Intelligitur ex his omnibus, contra priuilegia ſtatibus indulta & Cameræ Imperiali inſinuata, appellationes minimè recipi oportere; Quod idem expreſſè edicitur Memorial. Anno 70. *vt teſtatur D. Petr. Denais. in Iur. Cameral. Rubric. Appellationis Priuilegia §. 2.* Vſque adeo, vt aduerſus inſinuata Cameræ priuilegia de non appellãdo, proceſſus penitus nulli decerni, & decreti ſubrepentium precibus quam primũ aboleri debeant. *Memorial. Anno 95. referente D. Petro Denais. in d. Rubr. Appellationis priuilegia. §. 4.*

XI.

Iudiciorum priuilegia de auri argentique depoſitione, alijſq; appellandi formis, à ſcientibus obſeruari debere, ignaris autem, nullum ea generare præiudicium, hoc loco notauit Autor. Idque ex Ordinationis Cameræ *part. 2. tit. 29.* deſumtũ eſt verb. Wo auch die Vndergericht mit ſondern rechtmäſſigen Priuilegien/ wie vnd welcher geſtalt von derſelben Vrtheil appellirt werden ſoll verſehen wöllen/ daß die Appellantẽ/ die ſolcher Freyheiten wiſſens haben/ derſelben vor den Richtern vnd Notarien/ vor denen ſie appelliren/ nach zukom̃en vnnd zu geleben ſchuldig ſein: Wo ihnen aber ſolche Freyheiten vñ andere Gebrauch/ alß das die Appellanten/ ehe vnd zu vor ihr Appellation angenommen/ Goldt oder Geldt aufflegen ſollen/ oder dergleichen Gewonheiten vnbewuſt/ daß als dan dieſelbigen jhnen an jhren Appellationen kein verhinderung bringen ſollen. Cum autem tum ex priuilegiis, tum ex peculiaribus ſtatutis in multis Imperij ciuitatibus non admittantur appellationes prius, quam appellantes aurum argentumque, ſicut dixi, exhibuerint & depoſuerint, aut iuramentum præſtiterint, appellationem à ſeſe calumnioſe interpoſitam non fuiſſe, aut alia ſolennia iſtic recepta expleuerint, quæritur, an ſi quis ſolennibus illis coram Iudice à quo, non præſtitis, appellationem tamen ritè & debito tempore interpoſuerit, Appellatio iſta inualida ob id & deſerta fuerit effecta. Et appellationes iſtas valere & recipi in Camera, etiamſi non ſit coram Iudice à quo priuilegio vel ſtatuto ſatisfactum, & ſufficere, ſi appellans offerat in Camera Imperiali, ſe ſatisfacturum ſtatuto vel Priuilegio, ſicque omiſſam illam ſolennitatem in Camera inſtaurari poſſe tradit *Gail. 2. obſ. 24. nu. 2.* quod ſolennitates huiuſmodi, non ſint de forma ſubſtantiali appellationis, ſed accidentali quæ adueniat rei exiſtenti in actu *Gail. d. obſ. 124. n. 3. & ſeqq.* vbi videre licebit fundamenta huius ſententiæ.

XII.

Porrò quod hactenus de priuilegiis diximus, attendi ea omnino oportere, id limitatur primum, vt non procedat in cauſſis ſeruitutum & competentię. In his enim priuilegia illa non habere locum, neque attendi in Camera ſcribit tũ *Autor noſter hic*, tum *Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ à Iuliano* Magenhorſt *Iuriſconſulto editorum pag. (mihi) 276.* vbi allegat præiudicium in cauſſa Thumcapitel zu Worms contra Mutterſtat.

Secundò limitatur, vt nõ procedat, ſi priuilegiũ in iudicio per exceptionem non obiiciatur, vel exhibeatur ſaltem copia collationata. Tunc enim cauſſæ acceptantur & determinantur, non obſtantibus dictis priuilegiis. *Autor noſter hic, & Autor Commentariorum in Ordinationẽ Cameræ d. p. 267.* Quod ſi appellatus in pũcto deuolutionis non oppoſuerit exceptionem ſummæ incompetẽtis ſiue non conformis priuilegio, ſed litem conteſtatus ſit, nihilominus eum poſt litis conteſtationem iſtam ſummæ incõpetentis exceptionẽ opponere poſſe, tradit *Gail. 1. obſ. 123. n. 2.* quod hęc nullitas ſit ex defectu iuriſdictionis orta, nullitas autẽ iuriſdictionis perpetuo opponi poſſit, etiã poſt tres ſententias conformes, & reddat ſententiã ipſo iure nullã *Gail. d. loc. per ibi allegata*, vbi nullitatem ex defectu iuriſdictionis non poſſe ſtatuto excludi, etiãſi verbis generalib. omnes nullitates tollerentur, & ita in Camera quandoq; obſeruatum ſe meminiſſe ſcribit *Gail. d. obſ. 123. n. 3.* Quod vſq; adeò verum eſt, vt Iudex hoc in caſu etiã ex officio parte non opponente appellationẽ non eſſe deuolutã pronunciare, & inſuper appellãtem

in ex-

in expenſas condemnare poſſit *Autor noſter hic. Gail. d. obſ. 123. n. 2. & 3. Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ p. (mihi) 277. vbi ita in cauſſa Epiſcopi Spirenſis, qui pro intereſſe ſe intromiſerat* Wolff Herman *contra* Georgen Dilkem *factum eſſe ſcribit.* Et in ſimili iudicem appellationis etiam ex officio, parte non opponente ſuper deſertione pronunciare poſſe *text. eſt in Clem. ſi appellationem de appell. & in l. 2. §. final. C. de temp. appell. Idem tradunt Philipp. Franc. in c. ex ratione num. 68. & num. 72. de appellat. Marant. part. 6. num. 398. in fin. eod. tit. Bouer. in ſing. verb. deſertio Gail. 1. obſeru. 137. numer. 1. Mynſ. cent. 3. obſeru. 89.* vbi ita in cauſſa Iohannis Wolphgangi de Habſperg contra Eccardum Rauſchen/ in cauſſa Dobeneck contra Schotten/ & in cauſſa Ioſephi Hornlintz contra Hoya die Becker/ 5. Martij Anno 1550. ſuo tempore in Camera iudicatum fuiſſe ſcribit.

XIII.

An Criminales cauſſæ, quæ pœnam corporis importāt, in Camera & coram auſtregarum iudicio tractari & ventilari poſſint, & quatenus in Criminalibus appellationi locus relinquatur, ſupra part. 1. ſatis copioſe & prolixe diſſerui. Eo lectorem, ne actum agam, remitto.

XIIII.

Pulchrum eſt & probe à Tyronibus notandum, quod hoc loco ſcribit Autor, à ſententiis definitiuis, non ſolum ſi cauſſa definiatur principalis, verum etiam ſi cauſſa principali præiudicialis determinetur, appellari poſſe. Idem annotauit *Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 278.* Quod intellige cęteris paribus, ſi nimirum Iudex ille, qui ſententiam tulit huiuſmodi, Cameræ iuriſdictioni ſit immediatè ſuppoſitus, ſicut infra docebitur. Intellige etiā, ſi cauſſę iſtæ ex natura ſua talis ſint, vt appellationē iura in ijs permittant. Non enim ſunt cauſſæ nullę, in quibus iura appellationem non concedunt. Sic, ſi ſententia pronunciatum fuerit, teſtamenti tabulas aperiendas, hæredemue ſcriptum in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum mittendum eſſe, appellationem iura prohibent *l. quisquis C. quor. appellat. non recipiunt.* Item in cauſſa alimentorum *l. fin. ibiq; Angel. ff. de appellat. recip. l. Si Iudex ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* Item in cauſſa decimarum *c. ſua nos extra de decim. gl. in clem. diſpendioſam de iudic.* Itē ſi ſuper Fiſci debito fuerit pronunciatum. Nam & ab huiuſmodi pronunciato appellatio eſt interdicta *l. Abſtinendum C. quor. appellat. non recip.* Sic appellatio non conceditur, ſi, cum victus in expenſas non ſit condemnatus, victor ob id ad appellādi ſubſidiū recurrere velit. Hoc enim caſu victor appellare non poteſt *l. 1. C. quand. prouocar. non eſt neceſſ. Anton. de Butrio & Iohan. de Imol. in c. ſignificauerunt extra de appellat.* Diuerſum tamen in hoc caſu vſum forenſem obſeruare teſtatur. *Ioannes Baptiſta Schvvartzenthaler, Proceſſ. Iudicial. lib. 3. c. 6. num. 16.* Sic appellare non licet à ſententia lata aduerſus eum, qui eſt conuictus teſtibus, própriaque voce confeſſus *l. 2. C. quor. appella. non recipiunt.* Cui conſuetudinem ſuffragari teſtatur idem *Schvvartzenthaler d. c. 6. num. 10.* Plures ibidem caſus videre licet. Præcipuos adduxiſſe hîc ſufficiat.

XVII.

Solcher Zettel dem Inſtrumento inſerirt] Inſtrumēto appellationis non ſolū tenor & qualitas ſententiæ à qua, ſed ſimul etiam ſchedula appellationis ipſa inſeri debet. §. Gleicher Geſtalt begibt ſich auch *deput. VVormat. de Anno 86. & Conſtit. Ratisb. de Ann. 94.* Et dixi *ſupra part. 1.*

XVIII.

Da der Richter ſich den ordenlichen Richter ſein/oder nicht erkent] A ſententia competentiæ ſemper in ſcriptis appellari debet, præterquā ſi conſuetudine ſtatuto, vel priuilegio diuerſum obtineat, per *Conſtitutionem Imperij in Comitijs Ratisbonæ Anno 1594. habitis promulgatam,* cuius verba hæc ſunt: Vnd demnach dē Rechten gemeß/daß die Appellatio à ſententia competentiæ, da ſich nemblich voriger Richter

Richter tacitè vel expreſſe cõpetentem erklärет/in ſcriptis geſchehen ſoll/ demſelben auch bißhero zu wider gehandelt worden/ſo ſollen ſolche appellationes hinfuro auch anders nicht/dan in ſcriptis geſchehen/es ſey deñ ſach/das es an andern orten/ per Statutum, Cõſuetudinem, Priuilegium, anderſt herkommen/ auff denſelbigen fall ſol es bey demſelbigen Gebrauch/Priuilegio, oder Statuto beruhẽ/ vñ hierdurch niemands nichts benommen ſein.

So erkannt/daß die Appellation deſert] Sententiam deſertionis Autor noſter ſimpliciter, nulla prorſus diſtinctione adhibita, interlocutoriam facit, ſed talem, quæ vim ſententiæ definitiuæ habeat. *Gail.1.obſ.138.* communem & veram concluſionem eſſe, eamque etiam Cameram ſequi ſcribit, quod ſententia deſertionis ſit interlocutoria, ſi ab interlocutoria appellatio interpoſita, eaque deſerta pronunciata fuerit, quia in hoc caſu cognitio cauſſæ principalis adhuc ſuperſit, definitiua autem, ſi appellatio à definitiua interpoſita, deſerta pronuncietur, quia hoc caſu principale negotium definiat, nihilque aliud reſtet, quam vt ſententia à qua, executioni mandetur, per ea, quæ eleganter adducit *Gail. dict. obſ.138.* Cæterum an ſententia deſertionis appellabilis eſſet, dubitari poterat, ex hac ratione, quod deſertor appellationis ſit verus contumax, in non veniendo, verus autem contumax non appellet *l.1.C.quor. appellat. non recip.* Sed contrarium, quod nimirum deſertionis ſententia ſit appellabilis, communem eſſe opinionem, idque etiam Cameram obſeruare ſcribit *Gail.d.obſ.138.n.4.& vide apud eundem ibid.n.5. formam pronunciandi ſuper deſertione.*

XXII.

Huc referendus eſt *§ 3.p.2.ord.tit.28.* cuius hæc ſunt verba: Darzu dieweil ihe zu Zeiten die Parteyen mehr auß Mutwillen/ vnd zu auffhaltung vnnd verhinderung der Execution geſprochner Vrtheil/ vnd darmit ſie etwan ihre Gegentheil zu endtlichem verderben vñ Verlaſſung der Sachen/ oder zu vngebreuchlichen Verträgen zwingen/oder deſto lenger in Nieſſung der Gütter ſitzen bleiben/ dann auß Notturfft Appelliren: Solchem zu begegnen ordnen vnd wöllen Wir/ daß Cammerrichter vñ Beyſitzer forthin in faſſung der Vrtheil auff ſolches fleiſſig auffmerckens haben ſollen/vnd ſo ſie ſolch vnd dergleichen freſſenliche vnnd mutwillige Appellationes befinden/als dann die Appellanten nicht allein in die expens condemniren/ſonder auch gegen denſelben nach gelegenheit vnd geſtalt der Sachen vnd Partheyen/die gebürliche Straff der Rechten vornemmen.

Mit ſich bringen das End vnd Beyurtheil] In cauſſis appellationum ad citationem & proceſſus obtinendos, vna cum ſupplicatione inſtrumentum appellationis exhibendum eſſe, ſi ex interuallo coram Notario & teſtibus fuerit appellatum, ſin verò viua voce, non opus eſſe inſtrumento appellationis, ſed tenorem ſaltem ſententiæ à qua, vel eiuſdem copiam ſimul produci, ſeque ſupplicantem pro iuſtificatione formalium ad acta producenda referre oportere *ſupra part.1.* diximus. *Adde notata à Petro Fridero lib.1. de Proceſſ. capit.7.& à Chriſtoph. Schvvanmann. lib.2. Proceſſ. Cameral. cap.1.* Ratio eſt, quod appellans ſe iuſte appellâſſe probare teneatur, ſicut ſancitum reliquêre *Impp. Dioclet. & Maxim in l. Hi qui ad ciuilia in fin. C. de appellat. Cum igitur,* inquiunt Imperatores, *ad munus vocatus appellaueris, apud Præſidem Prouinciæ iuſtè te appellaſſe oſtende. ibique Bart. in tert. notab. numer.3. & in l.1. in princ. ver. dic ergo ff. Si tut. vel curator. appellau. Bald. in dict. l. Hi qui ad ciuilia 1. notab. numer.1. & poſt numer.3. verſicul. Et prædicta ſunt vera Specul. tit. de appellat. § de officio in fin. verſi. Item quæritur ſi conſtat per teſtes. Ioſeph. Maſcard. de probat. vol.1. Concluſ.114 nu.1. & ſeqq. vbi multis autoritatibus adductis eleganter hæc declarat.*

XXV.

Etiam diuerſæ ſummæ & cenſus ſiue penſiones ceſſæ, ad complendã appella-

tionis

tionis ſummã, Imperij Conſtitutionibus prꝫfinitam, centum nimirum & quinquaginta annorum, quo Cameræ iuriſdictio fundetur, coniungi poſſe tradit *hoc loco Autor, adde Gail.1.obſ.133.num.3. & Autorem Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. mihi 288. vbi ita in Camera ſæpius iudicatum fuiſſe ſcribit.*

XXVI.

Cauſſæ criminales quatenus ratione nullitatis ad Cameram Imperialem deuolui poſſint, dixi, *ſupra part.1.* quo lectorem remitto.

XXVII.

Sondern die Sachẽ wie etwan beſchicht/widerumb an die Röm. Key. May. weiſe.] Huiuſmodi remiſſiones tam in cauſſis ſimplicis querelæ, quam appellationis fieri, idque ſe vidiſſe fieri in Capitulo Hamburgẽſi atteſtatur *Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag.294.* & ibidem Bremenſem, Hildesheimenſem, & Monaſterienſem Epiſcopos hoc plerunque facere ſolere tradit. *Adde Mynſing.cent.1.obſ.67.* Notandum etiam eſt, quod *autor ex Ordinat.p.2.tit.29.in princ.* docet, ſi Iudex cauſſæ affinis ideoque ſuſpectus ſit, etiam omiſſo medio Iudice Cameræ Imperialis iuriſdictioni immediate ſuppoſito, appellationem ad Cameram ſtatuta recte interponi *Gail.1.obſeru.119.nu.2. Mynſing.d.obſ.67.* vbi cauſſam Iohannis Loitz/ qui immediate à Colonia ad ſpretuum appellauerat ad Cameram, non autem ad Electorem Brandeburgicum, quia ille ſuſpectus & cauſſæ coniunctus aſſerebatur, menſe Ianuario Ann.1551. in Camera Imperiali receptã fuiſſe atteſtatur. Idem factum eſſe ſcribit in cauſſa Walſtrum contra Pentelin/ Anno 1554. 27. Maij, vbi appellatum erat à Senatu oppidi Ham, quod ſubeſt Duci Cliuenſi, ad Cameram, non ad Ducem, & licet Dux pro intereſſe oppoſuerit exceptionem omiſſi medij in appellando, tamen ob ſuſpicionem Ducis, quod ſuſpicio erat cum plus fauere parti appellatæ, cauſſa in Camera recepta eſt, *referente Mynſinger.d.obſ.67. & Autore Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag.(mihi) 296. & 297.*

XXVIII.

Wie auch der Vnderrichter ſolche zeit nicht zu erlängern oder zu verkürtzen] Ita legendum eſt inſerta particula negatiua Non ſiue nicht/ quæ in Exemplari Autoris omiſſa eſt. Decendium enim, intra quod appellatio fieri debet, neque expreſſo partium conſenſu, veluti compromiſſo, neque Iudicis permiſſione prorogari aut abbreuiari poteſt, ſicut cõmunis eſt opinio *gl. communiter approbata in c.cum ſit Romana, in verbo reciſius de appellationib. gl. in Auth. Offeratur in verbo viginti C. de litis Conteſtat. Philipp. Franc. in c. ex ratione nu.2. de appellat. Guid. deciſ.115. & 240.* Sancit hoc expreſſe *Ordinatio Cameræ p.2.tit.29.§.verb.* So ſollen auch die Appellationes vermög der Rechten innerhalb zehen tagen beſchehen. Vnd nach dem ſich im heiligen Reich offt zugetragen/ſonderlich bey vnverſtändigen Richtern/ daß dieſelbe nach außgeſprochener vrtheil dem verlierenden theil/vber die zehen Tag/ſo im Rechten zu appelliren zugelaſſen/länger zeit gegeben: Wöllen wir / daß der Termin der zehen Tag/ in welchem dem verlierenden theil von gemeinen Rechten zu Appelliren gebührt/keines weges vberſchritte/ gelängert/oder gekürtzt werde/vñ derhalben kein Richter auff der Partheyen anſuchen vnd begeren/längern termin dann zehen Tag bedacht zu Appelliren geben ſoll. *Adde Gail.1.obſ.139.nu.6.*

XXIX.

Ob gleich dem Richter die Appellation nicht inſinuirt/oder Apoſtoli begert noch geben mög] Iure communi cautum eſt, vt appellatio non aliter valeat, quam ſi Iudici à quo, qui ſententiam dixit, inſinuata fuerit *Philipp. Franc. in c. ſi iuſtus col.4. de appellat. gl. in c. ſuggeſtum verſ. in vocem extra eod. & in c. appellatio de appellat. lib.6. c. vt debitus c. cum ſit ſpeciale & c. final. extra eo. Iohannes Baptiſta Schvvartzenthaler Proceſſ. Iudiciar. lib.3. c.7 nu.2.* & à Iudice à quo poſt interpoſitam appellationem Apoſtolos ſiue litteras dimiſſorias intra terminum iuris puta triginta dierum vel hominis

appellans

appellans petierit, quo non facto appellatio deſerta redditur *l. vnic. verſic. ſuffici ff. de libell. dimiſſor. cap. ab eo in princ. de appellat. libr. 6. Innoc. in capit. 1. extra eod. l. eos §. Apoſtolos ibique Bartol. & DD. C. de Appellationib. & in l. quoniam 1. C. eodem Canoniſt. in Clement quamuis eod. Spec. tit. de apoſtolis num. 13.* appellationem tamen vel Iudici inferiori ſiue à quo inſinuari vel etiam Apoſtolos ab eodem peti, ex Ordinatione Cameræ Imperialis non eſt neceſſarium. Et ad inſinuationem quidem quod attinet, textus eſt *in p. 2. ord. tit. 29. §.* Item ſo ſoll verb. So aber ſolche Appellation dem Vnderrichter nicht inſinuirt/ ſol dieſelbig nichts deſto weniger am Cammergericht angenommen. *Mynſing. cent. 4. obſ. 44. Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 296.* Hoc tamen caſu ſi Iudex in cauſſa, vel ad executionem, procedat, nequaquam videtur attentare, neque iſta vt attentata reuocari poſſunt, idque expreſſe ita diſponit *Ordinatio in dict. §.* Item ſoll *verb.* Doch ſo der Vnderrichter in dieſem fall auff anruffen der Partey/ mit der execution oder ſonſten im Rechten furfahren würde/ ſol daſſelbig/ das alſo durch ihn/ ehe vnd zuvor ihme durch das Keyſerlich Cammergericht inhibirt/ gehandelt/ nicht fur attentata geachtet/ auch der Appellant derhalben ſuper attentatis nicht gehört/ ſondern in puncto Appellationis, wie ſich gebühret/ zu procediren/ vñ zu handeln angehalten werden. *Mynſing. dict. obſer. 44.* Conſultius igitur eſt, vt ſemper Iudici appellatio inſinuetur *Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 296. & Autor noſter hic.* De Apoſtolis textus eſt *in Ordinat. pag. 2. tit. 30. in princ. verb.* Darmit auch geferlichkeit in Vollnführung der Appellation/ ſo an dem Keyſerlichen Cammergericht beſchehen/ fürkommen/ Soll einem ieden Appellanten frey ſtehen nach gehörter Appellation Apoſtolos zu bitten oder nicht *Gail. 1. obſ. 139. numer. 15. Mynſing. cent. 4. obſ. 36. Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 295.*

XXX.

Es lauffen die zehen Tag von der Zeit an/ als bald das Vrtheil außgeſprochen] Vt autem hoc decendij tempus currat, requiritur primum, vt victus ſciat, ſententiam contra ſe prolatam. Secundo vt ſciat cõtra ſe ſiue in ſuum præiudicium ſententiam eſſe latam. *Gail. obſ. 139. num. 7.* quod tempus illud à principio ſit vtile; & in progreſſu continuum *Spec. tit. de appellat. §. reſtat num. 1.* Hæredi igitur appellantis non currit tempus interponendæ vel proſequendæ appellationis, niſi à tempore ſcientiæ, ſiue defunctus appellauerit, ſiue ante appellationem mortuus ſit *l. fin. C. ſi pendent. appell.* Sequens tamen diſtinctio, quam Cameram Imperialem in recipiendis aut denegandis appellationibus obſeruare tradit *Gail. dict. obſ. 136. num. 10.* diligenter notanda eſt, quod nimirum dominus aut procuratorem apud acta habuerit, aut non habuerit. Primo caſu tenetur Procurator tam ab interlocutoria, quam definitiua appellare *l. inuitus C. de Procurator.* aut ſaltem intra decendium domino non ſolum ignoranti, ſed etiam ſcienti denunciare, ſententiam contra ipſum latam *c. non iniuſte extra de Procurator. Specu. titu. de appellat. §. qualiter numer. 11. cum ſequent.* alterutrum ſi factum non ſit, ſententia in rem iudicatam tranſit, negligentiaque Procuratoris nocet Domino, actione ei mandati ſalua aduerſus Procuratorem, ſi ſoluendo ipſe ſit *l. ſi remunerandi. §. & l. ſi Procuratorem ff. Mandat. l. ſi Procurator C. de Procurator.* Si vero Procurator ſoluendo non ſit, domino aduerſus ipſum reſtitutionis in integrum beneficio ſuccurritur *Gail. 1. obſ. 145. num. 6. & confer quæ tradit eod. lib. 1. obſeru. 46. & obſ. 139. num. 9.*

Secundo caſu, quando nimirum Dominus Procuratorem apud acta non habuit, dominus à tempore ſcientiæ rectè appellat intra decendium. Cum enim hoc vtile ſit à principio, ignoranti non currit *DD. in Authen. Hodie C. de appellat. Gail. d. obſ. 139. nu. 10.* An interpoſitam appellationem proſequi teneatur

Procurator, quæſtionem mouent *DD. in d. l. inuitus C. de Procurator.* Communis opinio eſt, *referente Gail. dict. obſ. 136. num. 11.* quod appellationem ab interlocutoria, non autem à definitiua proſequi teneatur, per rationem à Gailio *ibi* aſſignatam, quod interlocutoria ex ijſdem & priorib. actis iuſtificetur, definitiua autem nouas probationes admittat *vulgata l. per hanc C. de Tempor. appellat.*

Limitatur hæc concluſio primùm, vt Procurator ab Interlocutoria quoque appellare non poſſit, ſi tantum ad vnicum actum, veluti ad recipiendum libellum, vel ad audiendam ſententiam ſit conſtitutus *Myrſing. cent. 1. obſeru. 46. & Cent. 2. obſer. 17. VVurmſ. 1. practicar. obſeruat. 90. Gail. 1. obſeru. 51. numer. 11. & dict. obſer. 139. numer. 11.* quod etiam in Camera receptum eſt *part. 3. Ord. tit. 12. §.* So viel dan vors dritt.

Limitatur ſecundò, vt non procedat in Procuratore generali conſtituto ad omnes cauſſas, tam futuras, quam præſentes. Nam is appellationem indiſtincte tam à definitiua ſententia, quam Interlocutoria proſequi tenetur *l. ſi Procurator 10. & l. inuitus 17. ibique DD. & gloſſ. in verb. extendere C. de Procuratorib. l. quæ acta ff. de offic. Procurat. Cæſar. Azo in ſumm. C. de Procurat. nu. 33. gloſſ. in fi. in l. qui propria 46. §. Item quæritur 3. ff. eod. quæ ad id allegat l. ſi Procurator ff. an per alium cauſſ. appellat. redd. poſſ. Bart. in d. l. inuitus. Gail. d. obſ. 139. nu. 11.*

Das in allen Appellation ſachen nimmer fur den Appellanten/ daß in zehen Tagen appellirt/ es ſey dann bewieſen/ vermutet werde] An & quomodo appellatio intra decem dies interpoſita præſumatur, *vid. Rot. deciſ. 519. alias 39. de appellat. ſi poſſeſſor in nouis. Philipp. Franc. in c. bonæ column. 8. q. 8. de appellat. in 6. Nicol. Mil. in repert. in verb. appellans non ſolum. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam col. 24. circ. med. verſi. ſuper iſta continuatione de probationib. Ioſeph. Maſcard de probat. vol. 1. conclu. 120.*

XXXII.

Daß als dann die gantze Hauptſache fur jhn verwachſe vnd komme] Notabilis admodum & contra Iudices ſuſpectos difficileſque animaduerſione longe digniſſimus, in appellationis ab Interlocutoria materia, effectus eſt, quod, ſi Iudex appellationis pronunciet, benè appellatum & malè iudicatum, tota cauſſa ad Iudicem appellationis deuoluatur, nec locum habeat remiſſio, ſed ipſe de cauſſa principali cognoſcere debeat *cap. vt debitus in fin. de appellat. ibidemque gloſſ. notabilis in verb. alioqui ſimiliter, & Philipp. Franc. numer. 46. & 49. c. cordi de appellationib. libr. 6. notat per Cyn. in l. per hanc C. de temporib. appellat. Bartol. in l. eos 1. numer. 10. C. de appellat. Ferrarienſ. in forma appellationis ab Interlocutoria numer. 5. Guilielm. Hanneton. tractatus Iudicial. part. 3. pag. (mihi) 141. Gail. 1. obſ. 131. Myrſing. cent. 4. obſer. 46. & Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 299.* qui hoc ſæpe in Camera fuiſſe practicatum atteſtantur, & afferunt præiudicium in cauſſa Riedeſel contra Germerßheim 20. Auguſt. Anno 39. & in cauſſa Abbatis zu Brauweiler contra Stephan Hinnel 3. Martij, Anno 44.

Ratio eſt, quod, cum ex interlocutione facta, explorata iam ſit Iudicis prioris iniquitas, negocij principalis cognitio deciſioque, ei meritò committi non debeat *arg. l. Caſſius. ff. de Senator. Hanneton. d. pag. 141. Ferrarienſ. in d. form. Appellationis ab Interlocutoria nu. 5.*

Ampliatur modò tradita concluſio, vt etiam procedat, ſi ex parte malè iudicatum pronuncietur *Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ d. pag. 299. & Autor noſter hic.*

Ampliatur ſecundò, vt etiam procedat, quoties Iudici viſum fuerit, expedito puncto appellationis, cauſſam principalem expedire *per d. c. cordi §. poſthac de appellat. in 6.*

Ampliatur tertiò, vt etiam procedat, ſi Iudex à quo ſpontè detulit appellat-

pellationi ab Interlocutoria interpoſitæ, quia hac ratione videtur à ſe abdicare iuriſdictionem, & per hoc ligatæ ſunt ipſi manus, ne poſſit vltra procedere. *Ferrariens. in dict. forma appellationis ab interlocutoria numer. 5. circa fin. Felin. in dict. cap. vt debitus. Mynſing. d. obſ. 46. Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 3‹›0. & Autor noster hic. Gail. dict. obſeru. 131. numer. 4. verb. quia deferendo a ſe abdicauit om‹›m iurisdictionem, ita quod tota cauſſa ad Iudicem appellationis deuoluatur text. in c. ‹› appellationibus in 6. poteſt remittere, ſi velit, ſed non tenetur.*

Si vero Iudex appellationis pronunciet, benè iudicatum, & malè appellatum, tunc cauſſa ad Iudicem à quo remitti, & appellans in expenſas condemnari debet, ſub hac tamen diſtinctione. Iudex inferior ſiue à quo aut detulit, appellationi ab Interlocutoria interpoſitæ, aut non detulit. Si detulit, quia eo ipſo, ſicut dictum eſt, omnem à ſeſe iuriſdictionem abdicauit, non poteſt cogi Iudex appellationis, vt cauſſam remittat, ſi non ſponte ſua remittat, per ea, quæ *tradit Gail. dict. obſeru. 131. numer. 4.* ſi remittat ſponte ſua, hoc expreſſe fieri debet hiſce verbis: **Vnd das ſolche Sach an Richtern voriger Inſtanz zu remittiren vnnd zu weiſen ſey / als wir ſie auch hiermit remittiren vnnd weiſen** *Gail. dict. obſeru. 131. num. 6.* Ratio eſt, quia, ſicut dixi, Iudex à quo deferendo appellationi, omnem à ſeſe abdicauit iuriſdictionem. Vt igitur ea reuiuiſcat & reſuſcitetur, remiſſionem per appellationis Iudicem expreſſe fieri neceſſe eſt. Cum verò Iudex inferior ſiue à quo, appellationi ab Interlocutoria interpoſitæ non detulit, tunc, ſi pronunciet, benè iudicatum, cauſſam remittere tenetur, argumento eorum, quæ tradit *Gail. dict. obſeru. 131. per tot.* & hoc caſu neque expreſſa remiſſione opus eſt, quod Iudex à quo, non, vt in priori caſu, ſuam à ſeſe abdicauerit iuriſdictionem, ſed ſaluam ipſam adhuc & integram habeat. In Camera tamen remiſſiones ſemper expreſſe fiunt, quando nimirum ſententia à qua confirmatur, & appellationi non eſt delatum *Gail. dict. obſeru. 131. numer. 5.* & vide *ibidem* formulam, quæ in retractanda Iudicis à quo ſententia interlocutoria in Camera obſeruari ſolet. An Iudex appellationis, articulo appellationis omiſſo, etiam inuito & contradicente appellante, in cauſſa principali procedere, & definitiuè pronunciare poſſit, quæritur. Affirmat *Gail. 1. obſeru. 136. per ibi allegata*, quod vt ſuper articulo appellationis cognoſcatur, in eo ſolius appellati fauor verſetur; huic autem fauori appellatum renunciare poſſe certum ſit *per l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.* Hanc ſalutarem doctrinam & cautelam pro appellatis eſſe *ibidem* ſubiicit contra eos, qui à quocunque grauamine, vt cauſſam in multas ætates extrahant, & principalem immenſis ſumtibus fatigent, malitioſe prouocant & appellant.

Quo caſu rectè ſibi cauebit appellatus, ſi coram Iudice appellationis, puncto appellationis renunciet, & appellantem compelli petat, vt omiſſo appellationis à ſententia interlocutoria articulo, in cauſſa principali procedat, huicque petitioni tanquam æquitati conſentaneæ & litibus amputandis maxime idoneæ, Iudicem locum dare debere ibidem admonet, adductis præiudicijs in cauſſa **Stollberg** contra **Vlman Böcklein** 24. Septembr. Anno 65. & in cauſſa **Grumpenberg** contra **Wolff Seyfriden** 7. Iulij Anno 67. & in cauſſa **Wolff Haller** contra **die Stadt Leipzig** 25. Auguſti Anno 67. Item in cauſſa **Brunckhorſt** contra **Elverich** &c. in alijs quamplurimis cauſſis.

Obſtare videtur huic Gailij traditioni Mynſinger. *cent. 3. obſeru. 79.* quando, cum quidam, qui appellauerat ab Interlocutoria ſeu grauamine, impetraſſet litteras Cæſareas, vel porrexiſſet ſupplicationem ad appellationem annullandam, cauſſæque principalis cognitionem retinendam, dubitatum fuiſſe ſcribit, an id fieri poſſet, antequam ſuper appellatione pronunciaretur. Et cenſuiſſe

tum dominos, prius pronunciandum eſſe ſuper appellatione vel eius annullatione, quam ſuper negocio principali aut prætenſo grauamine procederetur, atque ita factum eſſe ibidem atteſtatur in cauſſa Ducis Lotharingię contra Comitem de Naſſauw. Verum ſi Gailius & Mynſingerus diligenter inter ſeſe conferantur, nulla videtur eſſe inter vtrumque pugnantia, quod quæſtio Gailij *in dict. obſeru. 136.* aliter ſit concepta comparataque, atque ea quæ proponitur à *Mynſingero in dict. obſeru. 79.* Quæſtionem enim formauit Gailius in eo caſu, quando appellatus, inuito & contradicente appellante, omiſſo appellationis puncto ſiue articulo, in cauſſa principali procedi petebat; Mynſingerus in eo caſu, quando appellans, appellatione annullata, ſiue appellationis articulo omiſſo, in cauſſa principali cognoſci ſupplicauerat, quod fortaſſis factum fuit inuito & contradicente appellato, veluti qui aliquod cauſſæ ſuæ punctum in inſtantia prima ſatis non deduxerat, & probauerat, & nunc in Appellationis inſtantia deducere & appellare cupiebat, &, cum appellationis beneficium vtrique parti tam appellanti, quam appellatæ commune ſit *l. ampliorem C. de appellat. Cyn. & Alber. in l. vltim. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Mynſing. cent. 2. obſ. 21. qui communiter concludunt, quod appellatus poſſit etiam adhærere appellationi ab aduerſario factæ, eamque perſequi, & producere iura ſua, perinde ac ſi ipſemet appellaſſet, etiamſi appellans deſiſtat. Philipp. Franc. in cap. directæ colum. penult. verſic. concluſ. de appell. & ita in cauſſa appellationis Georgij de* Brandt *contra Magdalenam* Wartzin *appellatam in Camera Anno 1553. iudicatum fuiſſe ſcribit Mynſing. dict. obſeru. 21.* Appellatus iure per appellationem ab appellante interpoſitam ſibi quæſito inuitus priuari non poterat, cum nec ipſe Princeps ius alteri quæſitum ſine iuſta cauſſa auferre poſſit *Gail. lib. 2. obſeru. 98.* etiamſi plenitudine poteſtatis vtatur *Crau. conſi. 172. numer. 3. & conſi. 103. numer. 3. Vaſquius contron. vſu freq. lib. 1. capit. 1. numer. 7.* Quid? quod, cum ex facto ius ſumatur *l. ſi ex plagis 52. §. in cliuo ff. ad l. Aquil.* certum ſit, vel minimam circumſtantiam totum ius immutare poſſe. Porrò an ex prorogatione partium poſſit cognoſci de cauſſa principali, priuſquam pronuncietur benè appellatum fuiſſe *vide Mynſing. dict. obſ. 79.* Quod negat per ibi allegata.

XXXV.

Daß ſie weder Pfandt oder Bürgſchafft / als dann werden ſie ad iuratoriam cautionem zugelaſſen] Eſt hoc in nõnullorum Imperij Procerum & Statuum dicaſterijs ſiue Cancellarijs in more inſtitutoque poſitum, aut ſpecialibus etiã priuilegiis, ſicut ſupra quoq; attigi, ipſis indultum, vt appellantes prius, quam ipſorum appellationi deferatur, vel pignoribus vel fideiuſſoria cautione in euẽtum, ſi appellatione cadant, aduerſario ſuo ſiue appellato caueãt. An igitur vſque adeò pauper, vt neque pignoratitiam, neque fideiuſſoriam cautionem præſtare poſſit, ad iuratoriam admittetur. Quod affirmat Autor noſter hic. Verum huic autoris præceptioni obſtare videtur regula illa, quod iuratoria cautio propter impotentiam ſatiſdandi nunquam ſufficiat, vt aduerſarium ad aliquid præſtandum aſtringat *text. ibiq. Bald. in l. 2. C. de vſur. & fruct. legator.*

Et tantò minus iuratoriæ cautioni locum eſſe hoc in caſu dicendum videtur, ſi ſatiſdationem vel realem cautionem veluti formam ſubſtantialem appellationis, requirat ſtatutum iſtorum locorum, quod exploratiſſimi iuris ſit, formam præciſe & ad vnguem ſeruari oportere *Gail. libr. 2. obſeru. 19. numer. 17.* vbi communem DD. concluſionem eſſe ſcribit, quod forma ſtatuti ad vnguem ſeruari debeat, neque ſufficiat eam per æquipollens adimplere.

Adde *Gloſſ. ſingular. in c. Inquiſitores in verbo expreſſe de hæretic. in 6. Felin. in cap. ex tranſlato. num. 4. cum ſeqq. de Conſtitut. Iaſ. in l. ait Prætor §. ſi Iudex numer. 4. cum ſequen. ff. de re iudicat. Curt. iun. conſi. 191. numer. 3. cum ſequent. volum. 3. incip. Habita diligenti. Schrader. de feud. pag. 10. ſect. 8. numer. 60.* Forma enim non ſeruata actum cor-

ruere

ruere & vitioſum eſſe manifeſtum eſt *c. cum dilecta §. fin. in fin. de reſcript. c. venerabili de offic. Iudic. delegat. c. Piſanis de reſtitut. ſpoliator. c. quia propter, de electionib. l. cum hi §. Prætor ff. de Tranſact. l. Iulianus §. ſi quis rem ff. ad exhibend. DD. in Authent. quæ ſupplicatio C. de Precib. Imperator. offerend. late Tiraquell. de Retract. gloſſ. 4. §. 3. numer. 2. cum ſeq.* Forma namque eſt quæ dat eſſe rei, per allegatos textus. Quod vſque adeò verum eſt, vt formæ nihil addi vel detrahi debeat. *Bald. in l. fin. colum. 2. C. de ſuis & legitim. hæred. Cardin. Pariſ. conſ. 19. num. 188. libr. ſecund. conſil. 161. numer. 15. libr. 3. Albert. Brun. in Tractat. de form. in cap. de potent. & effect. form. verſic. ſecundus effectus* nec in ea quid immutari poſſit, nec horæ quidem momentum *Bald. capitulo primo columna ſecunda verſicul. ſed nunquid numerus, de milit. vaſall. qui contum. eſt.*

Tertiò Iaſon *in l. 1. nu. 23. verſi. 10. limita. ff. qui ſatisd. cogantur* iuratoriæ cautioni locum non eſſe ſcribit, ſi ſatiſdatio de neceſſitate præſtanda veniat, & ſit de ſubſtantia actus, etiam ſi euidens appareat cauendi impotentia.

Facit quartò, quòd in ſimili, gloſſæ opinionem in *l. vſufructu 4. verb. boni C. de vſufruct.* in cautione vſufructuaria, modo petita illa fuerit, per notata à *Gailio lib. 2. obſ. 46. num. 7. & ſeq.* de Iuris apicibus veriorem eſſe, eamque à magni nominis Iuriſconſultis approbari *Gail. 2. obſ. 47. numer. 5. & Mynſing. cent. 6. obſ. 48. numer. 7.* atteſtentur, tametſi vterque contrarium in Camera Imperiali receptum eſſe aſſerat in adductis obſeruationibus.

Facit in ſimili quintò, quòd tutor qui ſatiſdare non poteſt, ab adminiſtratione repellatur, etiamſi iuratoriam cautionem offerat *l. 2. C. de Tutor vel Curatore, qui ſatis non dedit. Iaſ. in d. l. 1. num. 23. in 7. limitat. Gail. d. obſ. 47. nu. 7. vbi hoc autoritatibus firmat.*

Sexto. Quid? quod, cum in claris nullus dubitationi locus relinqui debeat *Bald. in l. Ancillæ C. de Furt.* expreſſi in hanc ſententiam textus extare videantur. Ita enim ſcribit Marcianus Iuriſconſultus in *l. filiusfamilias 114. §. 11. ff. de legat. & fideicommiſſ. 1. Iidem Principes,* inquit, *reſcripſerunt, filiis ante diem fideicommiſſi venientem reſtitui hæreditatem maternam neceſſe non eſſe, ſed præſtare hæredem poſſe vulgarem cautionem, aut, ſi præſtare eam non poterit, mitti liberos in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſſa, & in l. 1. § 9. ff. de collat. bonor. ita ſcribit Vlpian. Iuriſc. Iubet autem Prætor ita fieri collationem, vt rectè caueatur. Caueri autem per ſatisdationem oportere Pomponius ait. An pignoribus caueri poſſit, videamus. Et Pomponius libro ſeptuageſimo nono ad edictum ſcripſit, & reis & pignoribus rectè caueri de collatione. Et ita ego quoque puto. Si frater cauere non poſſit, curator portionis eius conſtituitur, apud quem refecta pecunia collocetur, vt tunc demum recipiat, quod redactum eſt, cum bona propria contulerit. Et in l. ſi conſtante 25. § 2. ff. ſoluto matrimonio ſcribit Vlpianus Iuriſconſult. Quoties mulieri ſatis dandum eſt, de ſolutione dotis poſt certum tempus, ſi maritus ſatisdare non poſſit, tunc deducto commodo temporis, condemnatio reſidui repræſentatur.*

Facit denique ſeptimò, quod in ſimili *Gail. in Tractat. de Arreſtis cap. 3. numer. 10.* arreſtum, quod tamen idonea oblata ſatisdatione tolli certum eſt *Ferrarienſ. in form. ſequeſtr. § 1. numero quinto Gail. in dict. Tractat. de Arreſt. capit. 3. numero primo & capitulo quarto, numero nono & ſequent. & libro primo obſeruat. 148. numero quinto per text. Conſtitutionis Imperij Anno 70. promulgatæ* per iuratoriam cautionem non tolli ſcribit.

Rurſus verò quòd iuratoria cautio hoc in caſu ſufficiat, ſequentibus euincitur fundamentis. Primum enim iuratoria cautio in locum ſatisdationis ſuccedit, *Auth. Generaliter C. de Epiſ. & Cler. verb.* aut ſi fideiuſſorem dare nõ valet, ſuper iiſdem iuratoriam exponat cautionẽ *§. ſed hodie 2. Inſt. de ſatisdationibus verb.* nullam ſatisdationem pro litis æſtimatione dare compellitur, ſed pro ſua tantum perſona, quod in iudicio permaneat vſq; ad terminum litis; vel committi-

 tur ſua

tur ſuæ promiſſioni cum iureiurando; quam iuratoriam cautionem vocant. l. 1. §. Omnes verò alias ſuper peculio C. de adſertion. tollend. verbor. Omnes vero, qui pro libertate periclitantur, ſi quidem poſſunt fideiuſſorem dare, eum exigi. Sin verò reuera datio eius impoſſibilis eis ſit, hocque Iudici manifeſte oſtendatur, iuratoriæ cautioni committi. Gail. dict. obſ. 47. num. 8. Si tamen ſequentia requiſita, quæ in omni cautione iuratoria neceſſaria ſunt, *per notat. gloſſ. in l. 1. in verbo. fideiuſſoribus qui ſatisdar. cogantur interueniant.* Primum vt ille, qui adeò pauper eſt, vt cautionem pignoratitiam vel fideiuſſoriam præſtare non poſſit, iuret, ſe fideiuſſorem inuenire non poſſe, quod tamen *VVeſenbec. num. 10. ff. qui ſatisdar. cogant.* propter anceps periurium, ita temperatum eſſe affirmat iure Saxonum, vt de credulitate tantum iuretur, ſcilicet ſe credere, quod etiam adhibita diligentia per fideiuſſores & pignora cauere non poſſit, cui ſententiæ adſtipulatur quoque *Guid. Pap. deciſ. 189. numer. 2. vt eum refert doctiſſimus Benderus Imperialis Cameræ Aſſeſſor digniſſimus, in eleganti ſuo Tractatu de Reuiſion. Concluſ. 7. numer. 38.* Secundò vt iuret ſe facere velle, quæ ſibi incumbunt, *ſecundum gloſſ. in l. 1. verbo. fideiuſſores dict. tit. ff. qui ſatisdar. cogant. & gloſſ. in dict. l. 1. §. omnes verb. Iuratoria C. de aſſert. tollend. vtrumque probatur per dict. Authent. Generaliter C. de Epiſcop. & cleric. & ibidem Bald. numer. 4. Socin. ſen. conſi. 120. num. 4. volum. 1. incip. cum in præſenti. qui omnino ibi conſulendus eſt de requiſitis iuratoriæ cautionis. Gail. dict. obſ. 47. num. 8. VVeſenbec. dict. tit. qui ſatisdar. cogant. numer. 10. Bender. in dict. ſuo Tractat. dict. Concluſ. 7. num. 39.* Tertiò ſi perſona iuratoriam cautionem offerens ſit frugi, honeſtæ & probatæ vitæ, ſecus ſi ſit ſuſpectæ & improbatæ vitæ, infamis, vel ignominioſa *Bartol. in l. vſufructu num. 6. C. de vſufruct. Gail. d. obſ. 47. num. 9.* Tunc enim iuratoriæ cautioni non committitur *DD. modo allegati.*

Secundò iniquum admodum foret, & ab omni humanitate alienum, vt aliquis propter paupertatem à iure ſuo, appellatione præſertim, vt quæ defenſionem quæ iuris naturalis eſt, contineat, ſicut ſupra dixi, excluderetur, cum tamen afflictionem iam tum ſatis afflicto addendam non eſſe vulgare diuerbium pulcre admonet, & iuſtitia perinde pauperi atque diuiti æqualiter adminiſtrari debeat, quod ſit perpetua & conſtans voluntas, vnicuique ſine diſcrimine perſonarum ius ſuum tribuens *Gail. 1. obſ. 155. nu. 4.*

Tertiò quod, cum exigitur cautio, talis peti cenſeatur, qualis à Reo præſtari poteſt *ſecundum gloſſ. in c. ex parte 1. verb. pro contumacia in fin. extra de verbor. ſignific. Bender. d. concluſ. 7. num. 12.* Ad impoſſibilia enim nemo obligatur *l. impoſſibilium ff. de Reg. iur. l. 1. §. ſi id quod ff. de act. & obligat. l. generaliter. ff. de verb. obligat. c. Nemo poteſt extra. de Reg. iur.*

Quartò facit, quod, cum iure cautum prouiſumque ſit, vt Actor libellum Reo oblaturus prius non audiatur, quam ſi idoneam cautionem præſtet, quod vſque ad finem litis permanere, eamque vel per ſe vel per procuratorem exercere, & ſi conuictus fuerit iniuſte mouiſſe litem, expenſarum ſumtuumque nomine decimam partem quantitatis in libello comprehenſæ pulſato reſtituere velit *d. Authent. generaliter C. de Epiſcop. & Cleric.* Si aliquis adeo pauper ſit, vt fideiuſſoriam præſtare cautionem nequeat, ad iuratoriam eum admitti cautionem ſimiliter conſtitutum ſit *in d. Authent. generaliter. verb. aut ſi fideiuſſorem dare non poteſt, ſuper iiſdem iuratoriam exponat cautionem.* Refer hûc caſus, qui recenſentur in textibus in ratione prima huius poſterioris ſententiæ in medium allatis.

Facit quinto, quod, cum vſufructuarius ſatiſdare teneatur, quod arbitrio boni viri, re ſibi in vſumfructum conceſſa vti, finitoque vſufructu eam reſtituere velit iuxta formam à iure præſcriptam *l. 1. §. cauere & §. habet ff. vſufructuar. quemadm. cau.* ſi tamen ille adeo pauper ſit, cautionem vt vſufructuariam illam per fideiuſſores præſtare non poſſit, ad iuratoriam cautionem admittatur *Gail. d. obſ. 47. nu. 7. Et hanc opinionem in Camera Imperiali ſeruari teſtatur Mynſinger. cent. 6. obſ. 48.*

Facit

Digitized by Google

Facit ſextò, quod in materia *Authen. quæ ſupplicatio C. de precibus. Imperator. offerend.* quando reuiſio petita eſt, pars victrix, ad hoc, vt ſententia executioni madetur, nec impediatur per proceſſum Reuiſionis, ſi fideiuſſores habere nequeat, ad iuratoriam cautionem admitti debeat, etiamſi text. *in d. Authent. quæ ſupplicatio* dignam fideiuſſionem exigat, ſicut concludit *Guid. deciſ. 189. vt eum refert & ſequitur Gai. d. obſ. 47. n. 9.* Facit ſeptimò, quod qui Reuiſionem actorum in Camera ex Cõſtitutione Imperij, petit pecuniam deponere *p. 2. Ord. tit. 53.* §. Vnd damit/ aut cauere idoneè per fideiuſſores aut pignora teneatur *ſecundum ea, quæ ſcribit Bender. de Reuiſ. concl. 6.* ſi hoc nõ poſſit, ad iuratoriam cautionem admittatur *Bender. d. concluſ. 7. & idem tradit Gail. d. obſ. 155. lib. 2. n. 4.* per rationem ibi allegatam, ne via Iuſtitiæ pauperi præcluſa videatur. Septimò deniq; facit, quod ſequeſtratis quam in caſib. à iure permiſſis per oblationẽ idoneæ cautionis tolli & relaxari certũ eſt, *per l. ſi fideiuſſor. §. fin. vbi omnes ſcribentes & in l. 1. qui ſatiſdat. cogant. Coler in tract. de proceſſib. executio. p. 1. c. 2. n. 72.* Iuratoria cautione tollatur, ſi quis adeò pauper ſit, vt idoneam præſtare cautionem nequeat, *c. pen. extra. de donat. int. vir. & vxor. ibidemq́; gl. in verb. ad inopiam Philipp. Port. lib. 3. Commun. opin. concl. 18. in 8. ampliat. Bart. in l. vſufruct. lã. 2. C. de vſuf. Gail. d. obſ. 47. n. 9. Mynſ. cẽt. 2. obſ. 11. vbi hanc ſententiã in Camera quoq; Imperiali receptã eſſe atteſtatur. Quod idẽ in Arreſto ẽt procedit, Bend. de Reuiſ. conc. 20. n. 187.*

Non obſtat ratio prima ſuprà in contrarium allata, Axioma enim illud, quod propter impotentiam ſatiſdandi iuratoria cautio nunquam ſufficiat, vt arctet aduerſarium ad aliquid præſtandum, non indiſtinctè verum eſt, niſi quatenus aliter vtriq; parti commodè prouideri poteſt *d. l. 2. C. de vſur. & fruct. legat. Bender. in Tract. de Reuiſion. d. concl. 20. n. 196. 197. & 198.* Hîc autem aliter vtriq; parti commodè prouideri non poteſt. Neque obſtat ratio ſecunda, quia primum iſtæ & ſimiles ſolennitates non ſunt de forma ſubſtantiali appellationis, ſed forma accidentali, quæ aduenit rei exiſtenti in actu *Bart. in l. ſi ita quis §. ea lege n. 6. ff. de verbor. obl. gl. in l. vniuerſa C. de precib. Imperator. offerend. in verbo præbeatur. ibidemq́; pulcrè Bald. num. 2. Gail. r. obſ. 124. n. 3.* Apparet illud ex eo, quod, ſi coram iudice à quo, ſolennitates iſtæ non ſint præſtitæ, nihilominus in Camera adhuc præſtari poſſint, *Gail. d. obſ. 124. n. 2.* vbi in Camera receptum eſſe ſcribit, vt valeãt appellationes & recipiantur ibi, etiamſi non ſit coram iudice à quo ſtatuto vel priuilegio ſatisfactum, & ſufficere ſi appellans offerat, in Camera Imperiali ſe ſatisfacturum ſtatuto vel priuilegio, *& Autor noſter hîc.* Iam vero qualitas requiſita, ſi poſt actum interuenire poſſit, forma accidentalis eſt, *Gail. d. obſ. 124.* vbi DD. communiter concludere ſcribit, qualitatem requiſitam, ſi poſt actum interuenire poſſit, non eſſe de ſubſtantia actus. Et ſic nõ aduerſantur reliqua de forma in medium allata. Quia ad hoc, vt forma non ſeruata actus corruat, ſecundum cõmunem opinionem diſtinguendum eſt, vtrum lex vel ſtatutum requirat formam tempore contractus vel actus, & tunc non ſeruata forma, vel qualitate requiſita actus, vel contractus, ipſo iure non ſubſiſtit *Auth. Hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ. ibi aliter enim l. cum hi §. ſi prætor ff. de Tranſact. l. Hac conſultiſſima C. de Teſtam. l. non dubium C. de legibus.* an verò formam requirat poſt cõtractum, vel alium actum iam perfectum. Hoc caſu actus, vel contractus non eſt nullus, ſed effectum non habet niſi forma adimpleta *Gail. d. obſ. 124.* Nunc verò aliquoties dictũ eſt, iſtas ſolẽnitates etiam poſt interpoſitam coram iudice inferiori appellationẽ, in Camera impleri poſſe, & pulchrè demõſtrat *Gail. d. obſ. 124.* Secũdò vt maximè ſolẽnitas iſta q̃ ſuprà poſuim⁹, ex ſtatuto foret de forma ſubſtãtiali appellationis, iuratoria cautio locũ nihilomin⁹ haberet, qa iuratoriã cautionẽ in locũ cautionis fideiuſſoriæ, vel pignoratitiæ ſuccedere ſupra demõſtraui, vbi ſimul à me expoſitum declaratũq; fuit, q̀ qui ad iuratoriã cautionẽ ſeſe offert, iurare teneatur ſe facere velle ea, q̃ ſibi incũbunt. Et ſic in effectu idẽ p̃ſtatur per cautionẽ iuratoriã, q̀ p realẽ & fideiuſſoriã. Quod igitur ſuprà allegatũ fuit, formã p̃ciſe ſeruari oportere; & p æquipollẽs

adimpleri non poſſe, hoc non procedit, cum forma ad certum aliquem finē cōſtituta eſt, dum modo ille finis ſubſequatur. *Bart. & Doctor. in l. Gallus 29. §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. Bald. in l. ſi duo patroni 13. §. ſi quis iurauerit col. 2. ff. de iureiur. Albert. Brun. in trac. de form. fol. 75. col. 1. verſ. prædicta regula fallit. Cagnol. in repet. l. ſi quis maior 41. n. 155. C. de Tranſact. Ioh. Baptiſt. Aſin. in ſua praxi 53. c. 4. Facit tex. l. 1. ff. de liber. & poſthum. l. Nominatim 34. ff. de condition. & demonſtr. l. certum 6. ff. ſi cert. petatur l. fin. §. fi- al ff. Mandat.* Neque obſtat ratio tertia, quia illa Iaſonis regula cum ſupra tradita moderatione accipienda eſt, vt nimirum procedat, quatenus aliter vtriq; parti cōmodè prouideri poteſt, locum autem non habeat, ſi aliter vtriq; parti commodè proſpici non poſſit per ſupra allegata. Et cautionē hic de ſubſtantia actus appellationis nimirum, non eſſe, paulò antè demonſtraui. Neq; obſtat ratio quarta, quia iuratoriam cautionem in locum ſatiſdationis vel realis cautionis ſuccedere, ſuprà copioſe probaui. Et alteram opinionem benigniorem & veriorē eſſe, & à Camera Imperiali approbatam teſtatur *Gail. & Myn ſig. in ſupra citatis locis.* Neq; obſtat ratio quinta, quia id in fauorem pupillorum & minorum ab Imperatoribus Valeriano & Galleno ſalutariter ſancitum ordinatumque eſſe reſponderi poteſt. Neq; obſtant textus ex *l. Filiusfam. 114. §. iidem princ. ex l. 1. §. iubet ff. de collatione bonor. ex l. ſi conſtante 25. §. Quoties ff. ſolut. matrim. ſupra circa rationem ſextam propoſiti,* quia reſpondendum eſt, in illis caſibus iuratoriæ cautioni ideo locum non eſſe, quia vt vtrique parti conſultum eſſet aliter prouideri poterit. Cū enim maritus *in d. §. quoties,* dotem omnino reſtituere teneatur, non grauatur, ſi in caſu, quo ſatiſdare non poteſt, eam ſtatim reſtituat, deducto tamen commodo medij temporis, nec mulieri iniqua aliqua affertur conditio, quia reſtitutione dotis, quæ ſtatim fit, ſecura redditur, *vt ſoluit Paul. de Caſtr. in d. §. quoties nu. 5.* Sic & in *d. l. Filiusfamil. §. iidem principes* vtrique & hæredi & fideicommiſſario ius ſuū ſaluum & ſartum tectum permanet, & neuter conqueri poteſt, ſi fideicommiſſarius ſtatim & antequam dies fideicommiſſi veniat, in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſſa mittatur, quod miſſus res hęreditarias cuſtodire ita debeat, vt neq; hæredi auferantur, neq; depereant, deterioreſvè fiant *l. is cui 5. §. quæri verſ. in cæteris ff. vt in poſſeſſ. legator.* Nam pro pignore tantum, non autem pro domino poſſidet, & pignus habet, non autem ius alienandi *d. l. filiusfamil. §. iidem principes.* Sic etiam *in d. l. 1. §. Iubet ff. de collation. bonor.* hæres omnino conferre tenetur, & ſi per inopiam non conferat, curator portionis eius conſtituitur, apud quem refecta pecunia, collocetur, vt tūc demum recipiat, quod redactum eſt, cum bona propria contulerit *d. §. iubet.* Cum igitur hunc ad modum tam ei, cui conferēdum eſt, quam illis, qui conferre tenentur, commodè prouiſum & proſpectum ſit, mirandum neutiquam eſt, iuratoriæ cautioni hîc locum nō eſſe. Tum demum enim ipſam admitti ſupra dixi, ſi alio remedio vtrique parti commodè prouideri & conſuli non poſſit, atque ita docent *Alex. in l. ſi fideiuſ. §. ſi ſatiſd. n. 6. Qui ſatiſd. cogant. Bald. Angel. & Imol. in d. l. filiusf. §. idem. Gail. de arreſt. c. 3. n. 10. Bender. in Trac. de Reuiſion. d. concl. n. 28.* In hoc vero caſu noſtro, aliter vtriq; parti cōmodè prouideri nō poteſt. Neceſſitate igitur extrema & ineuitabili coacti, ad iuratoriā cautionē deſcēdimus. Hæc copioſius fortaſſis, quā inſtituti noſtri ratio requirebat, diſſerui, ſed ſumma huius materiæ in quotidiano vſu frequentiſſimæ vtilitas, & ꝙ nuper in praxi mihi profuerit, id mihi perſuaſit. De iuratoria cautione plura qui expetit, is viſere poterit *Iaſ. in d. l. n. 23. ff. qui ſatiſd. cogant. & Fel. in c. ad noſtram n. 5. cum aliquot ſequen. extra de iureiur. Soc. ſen. d. conſ. 120. n. 4. vol. 1. Incip. cū in præſenti. Gail. d. obſ. 47. Bender. d. concluſ. 7. & concluſ. 20.*

XXXVI.

Der Richter geb Apoſtel oder nit] Hactenus fatalia interponendæ appellationis habuimus: Fatalia introducendæ appellationis nunc ſequūtur, eaq; nō à die latæ ſententię, ſicut iſta, ſed à tēpore interpoſitæ appellationis currere incipiūt.

Auditor.

Authen. Ei qui C. de Temporib. appellation ibidemq́; DD. & in clem. Sicut appellationem de appellation. Et tam in interlocutoriis quam deciſiuis ſentētiis, perinde vt interponendæ appellationis fatalia, adeo præciſe obſeruari debēt, ſic vt iis elapſis appellatio quoq; deſerta efficiatur *l. Præſes C. de appellation. l. Tempora C. de temporib. appellation. c. perſonas c. ſæpe § ſaluis de appellation. d. Clem. ſicut. eod. tit.* Suntq; duplicia: Hominis & Legis. Hominis, quādo iudex à quo, certum introducendę appellationis tempus appellanti præſcribit. Legis, quando lex vel ſtatutum. Vtraque eiuſdem ſunt effectus *Gail. obſ. 140. n. 2.* Hoc tamen inter fatalia legis & hominis intereſt, quod illa à Iudice à quo minui, non autem prorogari, hæc autem ab ipſo Iudice à quo, intra terminum à ſe datum prorogari poſſunt *Gail. d. obſ. 40. n. 2.* Iudex autem à quo tempus duorum, trium, quatuor, quinque, vel ſex menſium & non amplius, ei qui appellationem à ſua ſententia interpoſuit, ad appellationem in Camerā introducendam præfigere poteſt, idq; intellige, ſi iudex ille à quo, ſit Camerę iuriſdictioni immediatè ſuppoſitus, & ſiue dederit Apoſtolos ſiue non, & ſi dederit, nihil intereſt, vtrum reuerentiales, an refutatorios *p. 2. Ordin. tit. 30. in princ. cuius verba hæc ſunt* Damit auch Geſährligkeit in Vollnführūg der Appellatiō/ ſo an dem Kayſ. Caſſergericht beſchehen/ fürkom̃en / ſoll einem jeden Appellanten frey ſtehen/ nach gethaner Appellation/ Apoſtolos zu bitten oder nit/ vnnd im Fall/ daß er Apoſtolos gebetten/ jm durch den oder die Richter in voriger Inſtantzen/ in Antwortung vnd gebung der Refutatorien oder Reverential Apoſteln/ oder im Fall/ da der Richter weder reuerentiales oder refutatorios gebe/ Zeit vōn einem/ zweyen/ dreyē/ biß in ſechs Monat/ von Zeit an der Interponirten Appellation zu rechnen/ vnd nit darüber/ wie daß der oder die Richter jedesmals nach gelegēheit der Sachen/ Parteyen/ vnd Wege ermeſſen/ angeſetzt vnd auffgelegt werden dazwiſchen ſein Appellation am Caſſergericht an zu bringen. Dixi ex Ordinatione nihil intereſſe, vtrum Iudex reuerentiales an refutatorios Apoſtolos dederit, quia in Camera vehementer aliquando fuit diſputatum, an Iudex à quo etiam terminum præfigere poſſet, ſi refutatorios Apoſtolos dediſſet. Et non niſi cum Reuerētiales dediſſet, terminum ipſum præfigere poſſe maiorib. votis concluſum fuiſſe in cauſſa deſſen von Hoff contra Radernachen ſcribit *Autor commentariorum in Ordination. Cameræ pag. (mihi) 312.* quod etiam tenuit Innocent. *in capit. final. de accuſation.* quamquam diuerſam teneat *Spec. de appellat. verſ. & ſequitur videre & DD. in c. fin. & c. cum appellat. eod. tit. in 6.* quæ ſententia videtur ēt approbari, *in c. cum ſit Romana in verbo accuſare eod. tit. Annotauit idem Autor Commentariorū in Ordinationem Cameræ d. loc.* Et hanc ſententiam, vt ex recitato textu intelligitur, approbauit Ordinatio Imperialis Cameræ. Et hæc de termino in fatalib. Hominis. Terminus in fatalibus Legis ſiue Ordinationis, eſt itidē ſex menſium, & tum demum locū habet, quando ceſſat prouiſio hominis. Et hic terminus quoq; ſex menſib. circumſcriptus eſt, Et vtrobiq; hoc obſeruatur, vt intra terminum iam hominis, quem Iudex à quo ſupra dicto modo præfinit, quam Ordinationis ſiue legis, intra ſemeſtre nimirum tempus illud, in cauſſa Appellationis citatio non ſolum extrahi, verum ēt parti inſinuari, & in iudicio reproduci debeat *d. tit. 30. in princ. verb.* Dazwiſchen ſein Appellation am Caſſergericht anbringen/ vñ durch Anzeygung/ Verkündigung/ wider Einbringung der Ladung anhängig zu machen/ Qui quidē Ordinationis textus licet de termino in fatalibus Hominis loquatur, idem tamen per relationem de termino in fatalibus Ordinationis *in § ſeq.* expreſſe diſponitur, cuius verba hæc ſunt: Würde aber durch den Richter dem Appellanten kein Zeit ernennt oder angeſetzt / ſo ſoll dannoch der Appellant / er hett Apoſtolos gebetten oder nit/ oder jm weren refutatorij. Reverential oder gleich deren keines für Apoſtoli gegeben/ die ſechs Monat haben/ ſolch ſein Appellation obgemelter maſſen am Caſſergericht anhängig zu machen. Dicit obgemelter maſſen/ vt nimirum, ſicut in præcedente paragrapho dictum eſt, intra ſex menſes iſtos citatio ab appellāto

non

nõ ſolum per ſupplicationem impetretur ſiue extrahatur, ſed etiam parti inſinuetur, & in iudicio reproducetur. Si enim terminus non ſit intra ſex menſes, ſed poſt lapſum illorum, reus ad comparendum non arctatur, reproductio enim cum effectu fieri debet, vt & aliâs per actum validum præſcriptio interrũpitur. *Guil. de Cun. in l. ſicut C. de præſcription. trigint. vel quadragint. annor. Atque ita in Cameræ ante ſua tempora, Anno nimirum 1542. die 27. Octob. in cauſſa Henrici* Malers *contra Margaretam Georgy* Dietzers *viduam & hæredes, & ſuo tempore ſæpius Mynſing. cent. 5. obſ. 7. atteſtatur. Et ita deciſum eſſe ſcribit in cauſſa Commendatoris in* Mergenthen *& nobilium de* Stetten *contra Comitem de* Hohenloe *27. die Auguſt. Anno 1550. cent. 3. obſ. 54. Autor Cõmentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 314.*

XXXVII.

Daß dem Appellanten ſolche Zeit nit abzuziehen/vñ in die beſtimpte Zeit/ in welcher die Appellation anhängig zu machen/zu rechnen] Quamuis fatalia introducendæ appellationis expreſſo partium conſenſu vel cõpromiſſo prorogari poſſint *Authen. Si tamen C. de tempor. appellat. Clem. quam diu de appellat.* ſi tamen prorogatio huiuſmodi per cõpromiſſum & expreſſum partium conſenſum facta non ſit, ſed partes in tractatu cõcordiæ verſentur, durante iſto tractatu tempora appellationis currere, *licet contrarium ſtatuant Autor noſter hic, & Autor Commentariorũ in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 305. quam ſententiam in cauſſa* Reuſteinin *contra* Engelbrechtin *ſe vidiſſe in Camera obſeruari ibidem* atteſtatur, plane mihi perſuaſum eſt Idq; ex ſequentib. rationibus. Primò q. permiſſum ad tẽpus, poſt illud elapſum cẽſeatur prohibitũ *l. ſi vnus §. 1. & ibi. Bald. l. Epiſt. §. vlt. ibi. Paul. de Caſt. ff. de pact. l. ſtatuliberum §. Stichum & l. Titia cum teſtament. §. fin. ff. de leg. & fideic. 2. cum concord. de quib. per Soc. conſ. 19. col. fin. lib. 1. & conſ. 273. col. pen. verſ. ſed ad hanc lib. 2.* Quod ſecundò tantò magis dicendum eſt in termino Ordinationis ſiue legis, quod ille ſit peremptorius *c. pia de except. in 6. l. final. ff. de decret. ab Ordin. faciend. Roland. conſ. 21. num. 9. vol. 1. Incip. extra ſtatutum.* Tertiò quod hic caſus ſpecialiter exceptus non ſit, reſeruatur regulari iuris diſpoſitioni, quæ vult, fatalib. introducendæ appellationis elapſis appellationem perinde deſertam effici, ac ſi intra decendiũ interpoſita non fuiſſet, per ſuprà allegata. Regulæ namq; ſemper inhærendum, & ſecundũ eam pronunciandum eſt, niſi probetur, atque fides fiat, illum caſum, de quo agitur, à regula exceptum eſſe *l. ab ea parte 5. ff. de probat. l. ſuus quoq; 4. §. & puto ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. 2. n. 33. ff. ſi quis vocat. non ier. Tiraquel. in tract. de vtroq; retract. p. 1. §. 1. gl. 9. nu. 209.* Rectè igitur *Gail. 1. obſ. 140. n. 9.* admonet, ſe appellantib. cõſulere, vt tutiorẽ viam eligerent, & appellationem, pendẽte tractatu concordiæ, introducerent, quod multa dicantur & tractentur, quæ tamen non perficiuntur, *Gail. d. obſ. 140. n. 10. per ibidem allegata.*

XXXVIII.

So hat der Appellant ſechs Monat darzu] Tempus fatale introducendæ appellationis ita præciſe obſeruari oportere, ſic vt eo elapſo, appellatio deſerta efficiatur, ſemel atque iterum diximus. Idemque expreſſe diſponit *Ord. p. 2. tit. 30. §.* vnd ſo alſo/ cuius hęc ſunt verba Vnd ſo alſo in einem oder andern Fall der Appellant dem allem wie obgeſetzt nit nachkommen/vnd in obbeſtimpter Zeit ſein Appellation am Cammergericht durch wider Einbringung der außgangenen vnd verkünden Ladung in angeſetztem termino nicht anhängig machen würde/ſo ſoll alsdann ſein Appellation für deſert geacht vnd gehalten werden. Intelligitur hinc, ne appellatio deſerta reddatur, ipſam nõ ſolum per extractionem citationis, & inſinuationem parti factam, verum etiam per reproductionem eiuſdem intra ſex menſes iſtos, quorum ſinguli conficiũt 30. dies *d. tit. 30. part. 2. Ordin.* Vnd ſollen in obgemelten Fällen je für einen Monat dreiſſig tag gerechnet werden/ vel intra tempus à Iudice à quo præſcriptum, quod ſex menſes excedere non debet in Cameram Imperialẽ introduci oportere, ſin minus, deſertam haberi appellationem.

Limita

Limita primum de ſemeſtri tempore Ordinationis ſiue Legis termino, diſpoſitum vt illud non obſeruetur, in appellatione à delegatis Ordinatione in ſpoliorum cauſſis. Hæc enim trimeſtri in Cameram introduci debet *p.2. Ordin. tit. 8. verb.* Wo aber der Beklagt Churfürſt/Fürſt/oder Fürſtmeſſig das Vrtheyl verlieren/ vñ davon ordentlicher Weiſe vermög der Recht appellirt würde/ſo ſoll er ſchuldig ſeyn/ſein Appellation in dreyen Monaten von der Zeit der Ordentlichẽ interponirtẽ Appellatiõ anzu rechnen am Keyſ. Cam̃erg. anzubringẽ vñ anhängig zu machẽ.

Limita ſecundò concluſionem traditam, vt non procedat in paupere. Huic enim tam introducendæ, quam proſequendæ appellationis, fatalia in Camera non currunt, & paupertas à tali deſertione excuſat. *Gail. 1. obſ. 142. n. 1. quod impoſſibilium nulla ſit obligatio l. Impoſſibilium ff. de Reg. Iur. Hippol. in pract. criminal. §. ſequitur. n. 35.* vbi dicit impoſſibilitatem & impotentiam excuſare appellantem à proſecutione appellationis, vt non dicatur deſerta, ſi debito tempore eam non ſit proſecutus, ſicut refert *Gail. d. obſ. 142.* vbi egregiè hæc exornat, atque iſtud nullã habere difficultatem ibidem ſubiicit. An verò fatalia interponendæ appellationis & ſic decendium pauperi currant, tres diuerſæ interpretum extant ſententiæ. Nonnulli, quorum Coriphæus eſt, *Guid. deciſ. 436. n. 22.* diſtinguunt inter appellationem in ſcriptis ab interlocutoria vel definitiua, ex interuallo & inter appelationem à definitiua vel interlocutoria, quæ vim definitiuæ habet, in continẽti viua voce interpoſitam. In priori caſu quia ſumtuum erogatio requiratur, fatalia pauperi currere negant, in poſteriori affirmant. Altera opinio eſt *Iaſo. in l. Inuitus n. 8. C. de Procuratorib.* qui indiſtinctè pauperi decendium currere affirmat, quod exigua admodum illa ſit expenſa, quæ in appellationis interpoſitionem erogetur, cuius ſententiam Cameram in cauſſa Gerardi Raſch contra Henricum Stewrlander 29. Aug. Anno 67. approbaſſe atteſtatur *Gail. d. obſ. 142. num. 4.* Tertia opinio eſt *Gail. in d. obſ. 142. n. 5.* quæ & verior & benignior eſt, vt illic videre licet. Et probè notandum eſt in Camera appellationes in cauſſis pauperum non recipi, niſi prius de iuſta litigandi cauſſa ex actis ſummariè conſtet, & fides de paupertate fiat teſtimonio vicinorum vel inſtrumento publico Magiſtratus *Gail. d. obſ. 142. n. 7.* porrò licet pauper quiſq; præſumatur, niſi probetur cõtrarium, *l. ſi verò §. qui pro rei ff. qui ſatiſdar. cogant. ibique gl. Bart. Paul. Caſtr. & reliqui.* quia qualitas diuitiarum eſt regulariter repugnans naturæ, ideoq; nõ creditur, niſi probetur, idq; ẽt ꝓpterea, ꝙ qui diuitias aſſerit in aliquo, præſupponat mutationẽ de eo, quod naturaliter euenit, & mutatio non præſumatur, niſi probetur, ſicut Papianus reſpondit *in l. 3. ff. de probat.* Hoc tamen non procedit, quãdo paupertas eſt fundamentum intentionis alicuius *Roland. à vall. conſ. 20. n. 19. col. 2.* Ratio eſt, ꝙ fundamentũ intẽtionis ſuę quiſq; ꝓbare teneatur, etiamſi ſit fundata ſuper negatiua *Abb. in c. bona de elect. Alex. conſ. 392. vol. 1. Latè hæc proſequitur Maſcard. de probat. vol. 3. conſ. 1145. vbi vide, quomodo paupertas probetur.*

Limita tertiò, vt nõ ꝓcedat, ſi iudex appellationis Camera nimirũ Imperialis iſtũ Ordinationis terminum ex iuſtis cauſſis ꝓrogauerit, veluti ob nimiã loci diſtantiam, vel ſi itinera propter inundationes aquarum, aut propter bellũ minus tuta ſint, vel ſi caſus fortuitus aut fatalis occurrat in perſona nuncij *Gail. d. obſ. 140. n. 7. Mynſ. cent. 3. obſ. 54. Autor Commen. in Ord. Cameræ pag. mihi 306. vbi vltra ſex mẽſes ab Ord. à præfixos, adhuc duos in Came. permiſſos eſſe ſcribit in cã* Deß Adels vff Jaſmũt, cõtra Philip. Herzogẽ zu Pom̃ern/ *cũ quererentur hyemis & niuiũ longinquitatemq; itineris p. 2. Ord. d. ti. 30. §. 2. ver.* Vñ im Fall/ daß võ wegẽ Gelegenheit d' Landt vñ ferre deß Weges in ſolcher Zeit der ſechs Monat die Ladũg nit verkündt/ vñ mit jrer Execution obgemelter Maſſen reproducirt werden möcht: Sollen alsdañ Cam̃errichter vñ Beyſitzer vff anſuchen der Partheyẽ nach empfangenẽ Bericht/ſolche Zeit der 6. Monat zu prorogirẽ vñ zu erſtreckẽ macht vñ Gewalt habẽ. Eaq; ꝓrogatio eo tẽpore, quo citatio petit, aut ẽt poſt obtentã citationẽ concedi põt, dũ modò ſupplicatio pro ꝓrogatione infra tẽpus Ordinationis videlicet ſex menſiũ exhibeatur

Nam

Nam iis elapſis fruſtra eius, quod non eſt, prorogatio petitur, quia nō entis nullæ ſunt qualitates *Mynſ.d.obſ.54.Gail.d.obſ.140.n.7.per ibi allegata,& Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ d.loc.* Intelligitur hinc, ſex illos menſes fatales, ſine probatione iuſti impedimenti prorogari non poſſe. Idcircò in comitiis Imperij Anno 1594. Ratiſbonę habitis ſalutariter admodum & prudenter ab Imperatoria Maieſtate & ſtatib. Imperij conſtitutum eſt, vt ſex menſes fatales ſine probatione iuſti impedimenti, in decernendis proceſſibus prorogari non debeant, quos verò Iudex inferior ſiue à quo præfinierit, etiam citra probationem prorogare fas ſit atque licitum, & vtroq; in caſu ſuperuacaneum cenſeatur prorogationis cauſſas in proceſſib. exprimere: Ita autem habet iſta Imperij conſtitutio: Als ſich auch der Appellation Sachen halben Streit erhaben/ dieweil im Viſitation Abſchied Anno Funffzig neun in §. Als ſich dañ zum zweyten verordnet/ daß auß vorbrachten Vrſachen die fatalia appellationis prorogirt/vnd darbey verſehen daß bey der Cantzley ſolche prorogationes einuerleibt werdē ſollen/ob auch zu gleich die Vrſachen/ darumb ſolche prorogationes geſchehen/ in berührten Proceſſen zu vermelten: So haben wir dieſe Sach dahin ermeſſen/daß wañ der Appellant zu Anbringung ſeiner Appellation/die gebürliche ſechs Monatliche fatalia verflieſſen laſſen/prorogatio derſelben/ohne Beſcheinung ehehaffter Verhinderung mit vnd neben den Proceſſen nit erkennt werden ſolle/ daß auch alſo die angedeute Vrſachen erkanter Prorogation den Proceſſen einzuverleibē viel weniger nöhtig ſey. In Fällen aber/da dem Appellanten ein kürtzerer Termin/ als ſechs Monat von dem Vnterrichter angeſetzt/mag auch prorogatio fatalium ohne Beſcheinungen der Verhinderung erkennt werden/ vnnd werde doch gleichergeſtalt/ auch dißfals/die Vrſachen der Prorogation/den Proceſſen einzuuerleiben für vnnöhtig geacht. Idq; amplius in prædictis Comitiis Imperij circa iſtam fatalium prorogationem Ordinatum prouiſumq; eſt, vt procuratores vltimo die fatali inſtante eius in tempore prorogationem petant, & cauſſas prorogationis poſtea in proceſſuum reproductione ſcriptas exhibeant, auditoq; aduerſario, hoc in articulo ſubmittant, & niſi id ante litis conteſtationem fecerint, appellatio ſit deſerta §. Wann auch *Receſſ. in d. Comit. facti.* Ita autem ſeſe habet iſta Imperij Conſtitutio: Wann auch befunden wirdt/wie etliche Procuratores im Brauch haben/ſo die fatalia zu end lauffen/daß ſie alsdañ ad cautelam die außgangene Proceß allein verbaliter Reproduciren cum proteſtatione de diligentia, vnd hernach erſt/wañ die fatalia verfloſſen/ gedachte Proceß cum executione in iudicio realiter einführen/darauff etwan ohne weiter Juſtificierung der formalien appellationis produciren/vnd die Sach propter nudam proteſtationē für Nicht vñ Deſert halten wöllen. Dieweil dañ ſolches der Ordnung ſtracks zu gegen vnd zu wider laufft: So ſetzen/ ordnen/ vnnd wöllen Wir hiemit/daß die Procuratores ſchuldig ſeyn ſollen/zu gleich mit vorangedeuter Proteſtation auch prorogationem fatalium zu bitten / vnd alsbald hernacher mit ſampt einbringung der erequirten Proceſſen / legitimas cauſſas prorogationis Schrifftlich zu vbergeben/den Gegentheyl auch darüber zu hören vnd / damit die formalia appellationis vor allen Dingen Juſtificirt werden/ in ſolchem puncto zu ſubmittiren/alſo vnd der Geſtalt/wo ſolches die Procuratores ante litis conteſtationem nicht verrichten/vnd dieſer Verordnung zu wider in principali cauſſa procediren würden/daß alsdann die Appellation/vngeachtet der Proteſtation/ für Deſert zu halten/ vnd alſo bald Cammerrichter vnd Beyſitzer/wañ ſie dieſen mangel befinden/in quacunque parte Iudicij darüber ſprechen ſollen.

Limita quartò, vt reproductio non verbalis ſed realis eſſe debeat, vſque adeò vt ſi realis non ſit, ſed verbalis, cauſſam à deſertione non vindicet, idque per cōſultum Camerę Anno 76. factum, *vt refert D. Petrus Denaiſius Iuriſconſultus præſtantiſſimus & litteratiſſimus Imperialis Cameræ Aſſeſſor longè digniſſimus, in iure ſuo Camerali Rubric. Appellationis deſertio §.5.* Quod idem poſtea quoque expreſſe Ordinatum

tum eſt in conſtitutione Imperij in Comitiis Anno 94. Ratiſbonæ habitis promulgata *d.* §. **Wann auch befunden wirdt.**

Limita quintò, vt mora vel culpa Iudicis parti circa fatalia non præiudicet, ſed nec factum Cancellariç, ſi extra fatalia terminus proiectus atque à parte ſeruatus ſit, per conſultum Cameræ Anno 76. factum *referente Domino Petro Denaiſio in iure Camerali Rubric. appellationis introductio §. 9.*

Limita ſextò, vt nec mora prolatarum ex cauſſa audientiarium partibus quò ad lapſum fatalium fraudi eſſe debeat, idq; per commune decretum Camerç **gemeyner Beſcheyd** Anno 68. promulgatum, *vt refert D. Petr. Denais in d. Rubr. Appellationis introductio, §. 7.*

Limita ſeptimò, *vt ſuprà* tradita concluſio non procedat, ſi terminus in ferias incidat, fataliaque poſtea expirent. Nam reproductio appellanti adhuc ſalua erit, vt ſancit Conſtitutio Imperij in Comitiis Spiræ Anno 70. habitis promulgata §. **Ob auch wol bey Cammerrichter** *Gail. d. obſ. 140. n. 5.* vbi ſi terminus iuris vel Ordinationis, videlicet, ſex mẽſium, deſinat aut exſpiret in feriis, ita vt introductio appellationis propter incidentes ferias ante finem termini fieri nequeat, appellationem propter incidentes ferias non deſertam eſſe, ſed in prima audiẽtia poſt ferias reproductionem fieri poſſe ſcribit, per regulam, quod non valenti agere, non currat præſcriptio *l. 1. §. ne autem C. de annal. præſcript.* & hanc opinionem tanquam benigniorem Dominos Aſſeſſores ſecutos ſe meminiſſe ibidem atteſtatur. Nunc propter claram deciſionem prædictæ Conſtitutionis Imperij de hoc nihil prorſus dubitare attinet.

Limita octauò, vt non procedat, ſi appellatus in termino compareat, appellãs poſt terminum demum proceſſus reproduxerit. Tunc enim nihilominus adhuc appellationem perſequi integrum erit, per Conſtitutionem Imperij in Comitiis Anno 94. Ratiſbonæ habitis promulgatam §. **wann auch wol/** cuius hæc ſunt verba: **Wann auch wol bißweilen geſchicht/daß der Appellat** in termino **da die** appellatio **eyngeführt werden ſoll/erſcheinet/ vnd ſeins Theyls die Appellation zu proſequiren vnterſtehet/der Appellant aber allein** de diligentia **proteſtirt/vnnd hernach wann die** fatalia **verfloſſen/allererſt die exequirte Proceß reproducirct/ vnd daher der Zweiffel für fellet/ob dieſer Geſtalt deß Appellaten** proſecutio **kräfftig ſey/ vnd dem Appellanten auch zu gutem kommen möge: So ſoll es hiemit alſo geordnet ſeyn/wo fern der Appellat diß obgeſetzten Falls/die Appellation** pro ſuo intereſſe **außzuführen gedacht/daß jme vermög der Rechten das** commune beneficiũ **(vngeachtet die Reproduction exequirter Ladung durch den Appellanten zu ſpät geſchehen) nicht ſoll abgeſtrickt ſeyn/ſondern die Appellation bey Kräfften bleiben/ vnnd nicht für deſert geachtet werden.**

Limita nonò, vt *ſecundum Autorem Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. (mihi) 308.* ex æquitate ſaltem cauſſa deſerta nõ habeatur, ſi vna vel altera duntaxat dies poſt terminum circumacta ſit, quam Citatio cum executione ſua fuerit reproducta, ſicut hoc caſu æquitatis intuitu ſe vidiſſe bis cauſam acceptatam ibidem atteſtatur, idq; tantò magis quando appellans aliquã cauſſam prçtendebat, vel in principali cauſſa bono iure vtebatur, ſecus tamen eſt ex ſtricto iure; quo cauſſa ſemel elapſo legis ſiue ordinationis fatali, deſerta eſt, vt maximè ſtatim poſt lapſum illius citatio reproducatur, tum quod poſt lapſum temporis legalis moræ purgatio non admittatur *Innocent. Panorm. & Cardinal. in cap. final. extrà Qui matrimon. accuſar. poſſ. Iacob. de Nigris in l. ſi inſulam. 84. n. 174. ff. de verb. obligat. Tiraquell. in Tract. de vtroq; retract. part. 1. §. 5. gloſſ. 4. num. 2. Schrader. Tractat. Feud. part. 6. c. 2. num. 11. Gail. 1. obſ. 140. num. 4.* tum quod in omnibus caſibus in quibus propter actum non explicatum legitimo tempore, priuatio vel alia executio fit à lege, vel ab homine, purgatio moræ non admittatur, *l. ſi is cui 19. ff. de legat. 2. Bart. & Alex. in d. l. ſi inſulam 84. ibid. Iaſ. num. 32. ff. de verbor. obligat. Iaſ. in l. 2. num. 73. C. de Iur. Emphy-*

*theut.Schrad.d.cap.2.num.10.& part.10.ſect.4.num.159.*tum quod vbicunque additus eſt dies,iſque prǫteriit,ibi ſtatim mora committatur abſque vlla interpellatione *l.Magnam C.de contrah.& commit.ſtipulat.*quin imò & lapſus horǫ moram inducat, vt tradit *Bald.in l.1.col.1.ver.id recurrit dubium C.Ne lic.tertiò prouocau. & Dec.poſt alios in l.Vinum num.9.ff.ſi cert.peta.*idque adeo quidem,vt mora eo modo cõtracta purgari non poſſit *l.ob commiſſa C.ad l.Iul.de adulter.& not.Innocent. in cap. cum tua extra qui matrimon.accuſar.non poſſ.Bald.in l.ſi ea,colum.final.verſ.quæro,quando ſtatuitur C.qui accuſar.non poſſ.Alexand.conſil.133.num.12.lib.6.Paris.conſil.19.num.198.& ſeq.lib.2.* tum verò etiam quòd lapſo vltimo fatalium die parti aduerſæ ius quæſitum ſit *Auth. ei qui C.de temporibus appellation.& clem.ſicut de appellation.* Et ſic non obſtat *l.ſi ita quis promiſerit §.Seia ibique Angel.& alij ff.de verbor.obligat.& l.ſi rem in fin.ff.de pign.action. Bart.in l.ſi inſulam num.24.verſ.Nono quæro ibique Alexand.& DD.ff.de verbor.obligat. Bal.in l.Celſus §.1.ff.de arbitr.*vbi traditur,quod vbicunque quis tenetur aliquid facere vel dare vt conſeruet vel poſſit exercere actionem ſibi acquiſitam, ibi moram purgare poſſit poſt modicum tempus, nam præter modicum tempus hæc duo quoque requiruntur ibidem,vt ius aduerſarij non ſit factum deterius, & vt actor tractet de cõſeruando actionem iam quæſitam,non de noua acquirenda. Taceo,quod hoc in caſu noſtro contrarium per ſupra allegatos textus expreſſe ſit diſpoſitum.

Verum quamuis hæc ita ex vigore iuris ſeſe habeant, ego tamen Iudicem, præſertim in tam modico tempore, maiorem æquitatis, quam ſtricti iuris hoc etiam in caſu rationem ducere oportere exiſtimo, cum aliâs quoque æquitas tanquam pars præcipua & fundamentum iuris præferenda ſit rigori,qui humanitati aduerſatur, *l.Patronus in princ.ibique gloſſ.& DD.ff.de acquir.hæred.* quæ humanitas nihil aliud eſt,quam æquitas, vt ibi tradunt omnes,& rigor dicitur ius ſeruorum *l.ſi compenſandi C.de hæred.inſtit.*& durum *l.nulla ff.de legib.& l.2.in princ.ff.de cuſtod.reor.*vnde ſententiam ſecundum rigorem latam ſeueram appellat I C. *in l.1. §.caſum ff.de poſtuland.* Facit, quod ex æquitate Iuris Canonici mora quãdocunq; purgari poſſit,vt tradunt omnes *in c.tuam extra de pœn.& in c. propter ſterilitatem & in c.potuit extra de locat.Bald.in l.qui crimen in 11.q.C.Qui accuſar.non poſſ. Alex.& Iaſ.in l.Etſi poſt tres ff.ſi quis caution.Daniel Moller.in commen.in conſtit.Auguſti Electoris Saxoniæ Comm.p.2.Conſtit.32.n.48.* Hanc eandem ſentẽtiam in terminis huius quæſtionis expreſſe tenet Autor noſter num.ſeq.

Geſetzt aber daß die 6.Monat ſchon fürvber/alſo daß dieſelben/als die nicht ſeyn/ nicht können erſtreckt werden/in dieſem Fall hat der Appellant/ da er anders ſeiner Appellation halben/rechtmäſſige Vrſachen vnd Entſchuldigũg/daß er Erſtreckung ſolcher Zeit von nöhten/im Recht fürwendt/ein Citation wider dẽ Gegentheil zu begeren/ zu erſcheinen vnnd zu ſetzen in fürgewandter Vrſach halben reſtituirt zu werden] Lapſis fatalibus, prorogatio quidem illorum peti non poteſt, reſtitutio tamen in integrum aduerſus iſtum fatalium lapſum, ab eo qui appellationem coram inferiori Iudice interpoſuit, rectè petitur. Quo caſu petenti onus probandi iuſtum impedimentum incumbit *c.ex ratione,ibi,conſtiterit,de appellat.l.final. §.illud C.de tempor.appellat.l.qui commeatus ff.de re militar.cum ſimilib.* Præiudicium in Camera obſeruatum allegat Autor Commentarior.in Ordinationem Camerǫ *pag.(mihi)307.*vbi in cauſſa Türck contra Moniales in Conieren ita factum eſſe ſcribit. Quod ſi fatalia per culpam nuncij ante inſinuationem proceſſuum effluxerint,appellatio quidem deſerta eſt; Sed appellans in integrum reſtituitur, vel ſtatim & ex officio,ſi citatus in termino comparuerit, vel,ſi emaneat, præuia ad eam rem citatione petita, idque per conſultum Cameræ Imperialis Anno 83. factum, *vt refert Præſtantiſſimus & elegantiſſimus Iuriſconſultus D. Petrus Denaiſius in Iure Camerali nouiſſimè edito. Rubric. Appellationis deſertio §. 7.* Ex quo eodem conſulto idem obſeruatur, ſi non culpa, ſed caſu, executio ſub fatalium

exitum

exitum facta & prorogatio petita, proceſſuſq; poſtea intra eã reproducti fuerint, ſed citatus tamen non comparuerit, *D. Denais. d. loc. §. 8.* Cæterum quamuis in reſtitutionib. aliis ordinarius iuris proceſſus requiratur *Abb. in c. fin. extra de offic. iud.* in hac tamen ob lapſum fatalium reſtitutionis cauſſa, ſummaria cognitio abſq; libello & litis conteſtatione ſufficit *Gail. 1. obſ. 143. n. 7. Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ pag. mihi. 307. & Autor noſter in num. ſeq. D. Herman. Vulteius præceptor de me optimè meritus lib. 2. Iuriſprud. Roman. c. 34. n. 10.*

XXXIX.

Ob aber dieſe Practic in Lehenrechten ſtatt] Quæſtio proponitur, an, quod ex Ordinatione Imperij ſtatutum ſancitumq; eſt, vt appellatio intra menſium ſex ſpacium per citationis tum impetrationem, tum inſinuationẽ ad reproductionem iudicialem, in Camera introduci debeat, id in feudalibus quoq; cauſſis locũ inueniat. Quod negandum videtur. Primò enim quod appellatio in feudalibus cauſſis intra ſex hebdomadas introduci debeat, expreſſiſſimus textus eſt *in c. 1. Quo tempo. mil. inueſtit. peter. debe. §. Sancimus cum feudiſta, Sancimus, inquit, vt nemo miles adimatur de poſſeſſione ſui beneficy, niſi conuicta culpa, quæ ſit laudanda per iudiciũ parium ſuorum. Si autem dixerit miles, quod ſui pares iniquè iudicaſſent: miles in poſſeſſione maneat per ſex hebdomadas, & ad noſtram veniat præſentiam cum illis, qui laudamentum atq; iudicium fecerint, & ante nos definiemus.* Secundò textus illius deciſione tantò magis ſtandum eſſe videtur, quod tum demum ad ius commune in quæſtione feudali decurrendum ſit, ſi illa in conſuetudinib. ſiue vſibus feudorum deciſa non ſit *c. 1. verſ. Strenuus autem Iuriſperitus, de feud. cognition. & luculenter id à me demonſtratum eſt in diſcuſſionib. meis feudalibus diſcuſſ. 6.* Iam verò ille in cauſſa feudali appellationis punctus per allegati textus deciſionem eſt expeditus. Quid igitur in tam clara deciſione, vbi nullus eſt dubitationi locus, vlterius dubitare & diſquirere attinebit. Tertio ſententiæ huic ſuffragatur Autor noſter hîc, quando, etſi allegatus iuris feudalis textus, per Ordinationem generaliter loquentem correctus videri poſſit, eandem tamen Ordinationem alibi decidere contrarium ſcribit. Quod verò Ordinatio etiam in cauſſis feudalibus locum habeat, ex eo planum manifeſtumque euadit, quia generaliſſimè illa loquitur, nullâ planè inter feudales & alias cauſſas differentia conſtituta, verba autem generalia generaliter ſint accipienda *l. 1. §. Generaliter autem ff. de legat. præſtand. contr. tabul.* & vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, *vulgat. l. de precio ff. de Publician. in rem action.* Secundò id tantò magis dicendum aſſerendumq; eſt, quia hanc ſententiam quotidiana praxis & conſuetudo, optima legum interpres *l. Si de interpretatione ff. de legib.* comprobat. Non obſtat allegatus iuris feudalis textus, quia in ſimili inter textum *Auth. Ei qui C. de appellation.* & præallegatũ in vſibus feudorum textum, nulla eſt pugnantia, ſi commoda inſtituatur conciliatio. Quod enim ille de anno ad appellationem interpoſitam proſequendam præfinito dicitur, id nihil commune habet cum ſex illis ſeptimanis, quarum *in d. c. 1. Quo tempor. mil. inueſtitur. peter. deb. §. Sancimus.* fit mentio. Has enim ſex ſeptimanas de tẽpore parendi ſeſe aditer accipiendas eſſe *in d. c. 1. Quo tempor. mil. inueſtitur. peter.* debeat *d. §. Sancimus* atteſtatur magnus ille Feudiſta Iacobus de Belleuiſo Iuris Monarcha ſanè perſpicuus, teſte Aluaroto, adeoq; ſolidus, qui feudorum vſus, vti de ſemetipſo *in tit. 1. §. vlt. in princ.* fatetur, & alij poſt eum conteſtantur, anteà octies publicè profeſſus & interpretatus eſt, vt propterea Princeps feudiſtarũ cõmuni DD. calculo laudetur, eiuſque opiniones præ aliis receptę cõprobentur? Quid? quod ſi prædictus textus feudalis diligenter expẽdatur, ille militẽ per ſex ſeptimanas in poſſeſſione manere debere ſaltem ſignificet, nullo autem verbo appellationis cauſſis feudalib. introductionem ſex ſeptimanarum ſpacio circũſcriptam eſſe oportere demonſtret. Quæ cum ita ſint, generali Ordinationis deciſione ſtandum eſſe planè mihi perſuaſum habeo. Et hac ſolutione probè attenta nec ob-

ſtabit ratio altera. Remittirt vnd gewiſen werden] Cũ appellatio deſerta eſt, ſumtuum duntaxat eius taxatio, illiuſq; executio ad Cameram pertinet, reliqua verò ad priores remittuntur Iudices *p. 2. Ord. §. 5.* cuius hæc ſunt verba: Wo aber Appellationes am Kayſ. Cam̃ergericht fürgenom̃en/ welche folgend Deſert oder ſonſt Vnrechtmäſſig befunden/ vnd alſo an das Cam̃ergericht nicht erwachſen/ auch daſelbſt nit angenom̃en werdẽ/ In denſelbẽ ſollen allein die Expens/ ſo ſolcher vermeinten Appellation halben auffgangen/ an demſelben Cam̃ergericht taxirt/ auch derhalben dem andern Theyl mit Execution/ wie ſich gebürt/ verholffen werden: Aber der Hauptvrſach vnd Expens halben/ ſo von den vorigen Richtern ergangẽ/ ſoll die obſigent Parthey die vorigen Richter vnd Taxation vnd Execution (ſo fern ſie dieſſelbig zu thun hetten) wie ſich gebührt/ anzuſuchen ſchuldig ſeyn.

L.

So mehr dann einmal appellirt] Non leuis eſt inter Doctores cõtentio, ſi pluries appellatũ ſit, primo quidem viua voce, poſtea autẽ in ſcriptis, vtrum prima, an verò ſecũda appellatio valere debeat. Sunt enim, qui putent, ſi prima valida ſit, conſtans legitimis requiſitis, hanc amplectendam eſſe, alterã ceu temerariã & fruſtratoriã reiectã, per ea quę eleganter tradit Ludouicus Rom. *conſ. 41. n. 3.* vbi doctiſſimè hanc quæſtionẽ pertractat. ſi verò prima per ſe ſit inutilis, alterã poſtea factã iure valere, eamq; appellantẽ proſequi poſſe. Et hanc opinionẽ amplectuntur *Bart. in l. cum Procurator §. ſi dominus n. 3. ff. de oper. nou. nunciat. aliiq; ibid. quam cõmunem eſſe opin. atteſtatur Mynſ. cen. 1. obſ. 7. n. 5.* Quod ſecundã vero appellationem proſequi debeat appellans, tenet *Anton. de But. in c. dilecto extra de appellat.* Tertia opinio eſt eorum, qui in arbitrio & electione appellantis eſſe volunt, vtrã velit proſequi *per tex. in l. ſi quis libellos C. de appellat.* vbi appellanti cõceditur primæ appellationi renũciando ad alterã tranſire, & q; actus ille appellandi pendeat ex voluntate appellantis *per notat. in c. interpoſita §. deniq; de appel.* & voluntate facientis pendentib. ſemper ſit inſpiciendũ, quẽ voluerit habere is, qui eoſdẽ plures fecit *Bar. & alij in l. ſi quis in principio de leg. 3. Hanc opin. amplectunt. Inno. & Ioh. Andr. in c. bona & in d. c. dilecto extra de appellat. Domin. de Rot. in dec. & Bald. in l. Appellatione C. de appellat. & in c. 1. §. Sancim. in vſib. feud. Quo tẽpor. miles. Et hanc ſentent. in Camera in iudicãdo obſeruatam fuiſſe in cã appellationis Bartoli* Langermans *cõtra Margaretã relictã* B. Lãgermans *28. Iunij An. 1550. atteſtatur Mynſ. d. obſ. 7. n. 6.* Iura vide notata *à Bald. poſt Cyn. & Bar. in l. per hãc C. de tẽpor. appell. & Spec. in tit. de appellat. in 1. parte § in quib. v. qd. ſi victus*

LXIV.

Compulſoriales am Cam̃ergericht] Compulſoriales in hac appellationis materiã ſunt mandata, quib. Iudex ſuperior ſiue appellationis, vt hîc quidẽ Camera Imperialis eſt, iudici á quo ſiue inferiori, ſub pœna aliquot marcarum auri puri mãdat, vt appellãti actorũ copiã ſub ſigillo ſuo intra certũ terminũ edat *p. 2. Ord.* §. Damit auch *Gail. 1. obſ. 134. in prin. Pet. Frid. Mind. de Mãdat. Iudic. c. 47. n. 2. Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 2. proceſ. Cameral. c. 2. n. 1.* & quidẽ cõpulſorialia illa mandata ſine clauſula iuſtificatoria decernuntur per rationẽ, q; Iudex de iure acta edere teneatur, *l. is apud quẽ ibi. Bart. & commun. DD. C. de edend. ideoq;* præceptũ iſtud valeat *per notat. à ſupr. p. 2. de Mandatis ſine clauſula Gail. d. obſ. 134. n. 3. Pet. Frid. Min. d. c. 47 n. 2. Chriſtoph. Schvvanman. d. loc. num. 2.*

Die Acta vielleicht verbrunnen] Si acta fortè fortuna cõbuſta ſint, ſit vt propterea edi nullo pacto poſſint, in Camera Imperiali in cauſſa principali hoc caſu procedi ſcribit Autor noſter hîc, idemque atteſtatur Autor commentariorum in Ordinationem Cameræ editorum à Iuliano Magenhorſt *pag. 23.* vbi ita in cauſſa Funffſpechs contra Huet 15. Maij Anno 51. & in cauſſa Prum cõntra Gutſrattẽ & Malchim, obſeruatum fuiſſe ſcribit, tametſi hoc poſteriori cauſſa acta ſcripta non eſſent, & Duces Megapolitani huius rei conſuetudinem allegarent, vt ibidem ſubiicit Autor iſte. Hanc ego conſuetudinem planè irrationa-

bilem

bilem eſſe puto. Quomodo enim Iudex appellationis, veritatis fidem inueſtigabit, quomodo conſtare ei poterit, vtrum in cauſſa benè vel malè, iniquè vel nulliter ſit proceſſum & iudicatum, ſi ea, quæ in iudicio tam à Iudice, quam à partibus acta ſunt, literis mandata non fuerint. Quid? quod iſta conſuetudo Ordination. Cameræ *part. 2. d. tit. 31.* expreſſe aduerſetur: Ita namq; ibi ſcriptum eſt: **Daneben iſt nicht minder für noth vnd gut ermeſſen/ daß allenthalben an den Fürſten höffen/vnd andern Commungerichten in Schrifften gehandelt/ oder das mündlich fürtragen jederzeit eygentlich auffgeſchrieben werde/ darmit die Gerichtshändel in der Appellation/ ſo an das Cammergericht erwachſen/der End mit mindern Verdacht/vnd deſto fürderlicher erlangt werden mögen.** Cæterum Iudex acta integra, non mutilata, edere debet *p. 2. Ord. d. tit. 31* **§. würde aber/** ſin minus, ſuis ſumptib. defectum illum reſarcire tenebitur *d.* **§. würde aber.** Et præterea pœna arbitraria à Iudice Cameræ coercebitur, ſi defectum allegans ex Iudicis inferioris negligentia aliquid deſiderari probauerit *Gail. d. obſ. 134. n. 14.* In dubio autem, vtrum acta integrè edita ſint, necne, Iudicis inferioris iuramento ſtatur *Gail. d. obſ. 134. n. 17.* vbi in cauſſa **Naſſauw** contra Ducem Lotharingiæ, delato Iudici iuramento, eoque præſtito, pronunciatum fuiſſe, ad vlteriorem actorum editionem eum non teneri, **Daß er auff erſtatteten Ayd ferner** Acta **zu edirn/nicht ſchuldig** pulchrè annotauit. Quod ſi acta amiſſa fuerint, aut non integra, vel Iudex inferior ſiue à quo, illa conſcribenda non curauerit, vt ſic propter defectum actorum appellans in cauſſa procedere non poſſit, tum cauſſa ex officio pro concluſa acceptari, actorique originario, vt in Camera de nouo agat, iniungi ſolet, ſicut ſæpiſſimè ita obſeruatum fuiſſe atteſtatur *Mynſing. cent. 1. obſ. 11.* per præiudicia quàm plurima, quæ ibidem refert. Sicut & Iudex inferior, ſi ob negligentiam eius acta haberi non poſſint, veluti quod conſcribenda ipſa non curauerit, vtrique parti in expenſas litis condemnatur *Mynſ. d. obſ. 11.* vbi Ducem Megapolitanum in cauſſa **Gammen** contra **Gammen** & **Belauw** in Camera Imperiali ita condemnatum fuiſſe ateſtatur. Iudex enim, ſi ipſius negligentia acta manca ſint & imperfecta, nec edi integrè poſſint, parti ad intereſſe tenetur, *c. Quoniam contra in fin gloſ. ibid. verb. negligentiam de Probat l. Sancimus C. de iud. & l. quando C. de teſtib.* Quod ſi acta prioris inſtantiæ neque adeò manca ſint & inepta, vt de meritis cauſſæ Iudici cõſtare non poſſit, Camera Imperialis reſeruatis actis probatoriis, ne partibus facultas probandi pereat, totum proceſſum & acta caſſare ſolet, & reſeruare partibus, vt in principali cauſſa ibidem de nouo poſſint & debeant procedere *Mynſin. 2. obſ. 16.* vbi ita in cauſſa Thomæ **Deruen** contra N. **Plermondt/** & in cauſſa Petri Palantis contra Catharinam & Helenam **Spitzin** anno 1550. 16. Aprilis iudicatum fuiſſe atteſtatur.

LXV.

Es mögen auch ſolche Compulſoriales **nicht allein wieder den Vnterrichter/ ſonder auch wider ein ander dritte Perſon**] Compulſoriales non ſolum pro edendis actis iudicialibus, ſed & in cauſſis priuatorum pro edendis rationibus, inſtrumentis, & miſſiuis, inueſtituris, & ſtatutis ciuitatum, decerni poſſunt, *DD. in l. Is apud quem C. de edend. Gail. 1. obſ. 134. n. 11.* Vtrum verò, cum, an ſine clauſula iuſtificatoria? Et ſine clauſula iuſtificatoria compulſoriales decerni illas, & ita in Camera obſeruari teſtatur *Gail. d. obſ. 134. n. 11. & Petr. Frider. Mind. de Mandat iudic. c. 47. nu. 4.* Quod licet mirum alicui videri poſſit, tamen, ſi in memoriam reuocetur id, quod *ſupra p. 2.* de mandatis ſine clauſula dictum eſt, ea ſuper facto, quod ipſo iure pręcipitur licitumque eſt, rectè decerni, admiratione dignũ illud neutiquam erit. Iam verò horum actorũ omni iure editio facienda eſt, quod publicè & priuatim ad inueſtigandam veritatis fidem inſeruiant *d. l. Is apud quem.*

LXVII.

Daß dann vermeldt/ wie auch wider ein dritten Compulſoriales **erkant werden/ ſolchs iſt zuuerſtehen/ wañ der dritt ohne Mittel vnter dem Reich/ ſonſt werden Com-**

paßbrieff/wie an andere/wider welche die Cammer kein Jurisdiction erkennt] Quãuis hoc loco tradat Autor noſter, quem ſequitur *Autor Commentariorum in Ordinationem Cameræ*. Cameram Imperialem aduerſus tertium nõ aliter Compulſoriales decernere poſſe, quã ſi ille immediatè Imperio ſubiectus ſit, ſi verò Imperio mediatè ſit ſuppoſitus, litteras eam mutui cõpaſſus ad manus ſumere oportere, quaſi hoc in caſu Cameræ iuriſdictio fundata non ſit; ego tamen Camerã Imperialem in cauſſa, quæ coram ipſa ventilatur, & quando neceſſitas exigit, etiam aduerſus Imperio mediatè ſubiectum Compulſoriales decernere poſſe, omnino exiſtimo. Idq; tota die practicari certum eſt, ex hac ratione, q; Imperator & Camera Imperialis concurrentem habeant iuriſdictionem, omniaq; mandata in Camera ſub nomine & ſigillo Cæſaris decernantur, Imperator autem ſuperiorem non habeat, eiuſq; iuriſdictioni omnes ſint ſubiecti *l. Deprecatio ff. ad l. Rhod. de iact. l. Bene à Zenone C. de Quadrien. præſcript. l. 2. C. de Crimin. Sacrileg. c. vni. §. ſoluta poteſtas. Quæ ſint regal. in vſib. feudor.* Sic inter Commiſſarium Cameræ & Iudicis inferioris hoc intereſt, quod ille ẽt mediatè Imperio ſubiectos vigore Cõmiſſionis citet *Rutger. Rulant. de Commiſſar. & Commiſſionib. Imperial. Camer. lib. 1. c. 4. n. 6. Gail. 1. ob. 98. n. 2.* vbi illud extra omnem dubitationem eſſe ſcribit, quod Commiſſarius à Camera datus, non ſolum teſtes immediatè, ſed etiam mediatè Imperio ſubiectos examinare poſſit, per rationem ſuprà allegatam: Commiſſarius verò Iudicis inferioris regulariter ſuperiorem ratione ſubditorũ per litteras mutui compaſſus, quas Bittbrieff vocant, ad probationem faciẽdam comiter interpellare ſoleat *Rutger. Rulant. d. c. 4. n. 7.* De quo ſuo loco, DEO iuuante, pleniùs.

Atq; hæc quidem ad doctrinam Appellationum ab Autore propoſitam annotaſſe ſufficiat, vbi ad extremum notandum eſt, quo ad appellationes in reliquis caſibus, de quibus peculiaris prouiſio in Ordinatione facta non ſit, ius cõmune in Camera ſeruari oportere *§ fi. p. 2. Ord. tit. 32.*

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

PERTINET HVC TITVLVS Ordinat. Cameræ p. 3. 52.

VENIO igitur nunc ad Reſtitutionem, quam breuiter perſtringam. Quamuis autem à ſententijs [illegible] Camera Imperiali latis vlterior Appellatio & Supplicatio, de qua infrà dicemus, non cõcedantur, Reſtitutio tamen in integrum, Reuiſio, & Syndicatus conceduntur *p. 3. Ord. tit. 51. & ſeq.* Cæterũ aduerſus ſententias, tam minores, quam maiores, reſtituuntur *Iohan. Baptiſt. Schvvartzenthal. in Proceſſ. Iudiciar. li. 3. c. 2. in quart. iudic. deciſor. act.* De minoribus peculiaris habetur titulus in Digeſt. & in Cod. *tit. de Reſti. mino.* de quibus ſpeciale Prętoris edictum extat; Quod cum minore, quã vigintiquinque annis natu geſtum eſſe dicetur, vti quæq; res erit, animaduertã. Maiores autem vigore generalis clauſulæ Edicti prætorij, ſi qua iuſta cauſſa mihi videbitur, in integrum reſtituũtur *Schvvartzthaler. d. loc. c. 3.* De qua reſtitutione generatim agit titulus *Ex quibus cauſſis maior. 25. annis in integr. reſtituant.* Tam minores autem quam maiores, non aliter reſtituuntur, quam læſi *Schvvartzthal. d. loc. c. 8. n. 1. per l. quod ſi minor §. Reſtitutio, illic, vt vnusquiſq; integrum ius ſuum recipiat. ff. de Minorib.* Eaque læſio debet eſſe enormis. Nam minimę læſionis nomine reſtitutio denegatur *l. ſcio. ff. de reſtitut. in integr. l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. pignor. glo. 2. in c. 1. vbi Hoſt. & Ant. de Butr. Card. Petr. de Anch. & Pano. extra de reſtit. in integ. Bal. in l. ſi in emtione. ff. de mino. Alex. conſ. 27. col. 2. vol. 1. & conſ. 222. col. 3. vol. 2.* Non autẽ aliter niſi ex cauſſis legitimis & ſufficientibus, tam minores, quam maiores reſtituuntur de quibus generaliter ex Edicto Prætoris diſſeritur ſub tit. *Digeſt. de in integr. reſtitu.* quod ita habet: [illegible]

que

quis, metu, calliditate, ætate, abſentia, ſtatus mutatione, aut iuſto errore in captionem incidiſſe dicetur; cauſſa cognita ei ſucceſſoriuè eius vel propria actione data, aut ſine actione per in integrum reſtitutionem ſuccurram.

Et has quidem idque genus alias legitimas reſtitutionis cauſſas, ab eo, qui reſtitutionem petit, allegari oportet *Iohann. Ferrarius Montanus in elegantiſſimo ſuo Progymnaſmatum forenſium ſiue Proceſſus Iudiciarÿ recepti tractatu lib. 4. cap. 10.* Vſque adeò omnes reſtitutiones in integrum, cauſſis cognitis, à Prætore permittuntur, ſcilicet vt iuſtitiam earum diligenter examinet, an veræ ſint, quarum nomine ſingulis ſubuenitur *l. omnes. ff. de in integr. reſtit. l. in cauſſa. ff. de minorib. & c. cauſſa de reſti. in integr. Idemque expreſſe diſponit Ordinat. Camer. part. 3. tit. 52.* vbi Iudici & Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis ſeriò iniungitur, vt cauſſas reſtitutionis diligenter examinent, & ſi deprehenderint, Reſtitutionem calumnioſe aut fruſtratoriè, vel ex cauſſis antea in iudicium deductis, aut nouis illis quidem, ſed illegitimis & parum releuantibus peti, illa reſtitutione minimè attenta, ad ſententiæ ſemel latę executionem procedāt, Procuratore vel parte nocente in expenſas condemnatis.

Vnde conſtat, nouas eaſque legitimas & ſufficientes cauſſas admitti, ex quibus ſi quis reſtitutionem in Camera petat, articulatim eas deducere debet *dict. tit. 53. part. 2. Ordinat. verb.* Wo aber ie einige Parten die Reſtitution auß rechtsmäßigen erheblichen Vrſachē zu bitten vorhett/ ſol daſſelbig articulatim geſchehen/ damit ſich die Richter vermög der Rechtē/ darnach wiſſen zu halten. Formulam petendi reſtitutionem in integrum vide *pulchrè traditam à Ferrario Montan. dict. c. 10. non procul à fine.*

Porrò Reſtitutionis in integrum effectus duo ſunt maximè notabiles. Primus eſt, vt læſus in eam omnino cauſſam, ſtatum, ac conditionem, in qua ante læſionem fuerat, reſtitui, iuſque ſuum integrum conſequi debeat *l. quod ſi minor §. reſtitutio l. patri in princ. ff. de Minorib.* Alter effectus eſt, vt cauſſa reſtitutionis pendente ſententia executioni mandari non debeat *l. vnic. C. in integr. reſtitut. poſtulat. ne quid nou. fiat,* vbi ita Imperator Gordianus reſcribit, *Poſtulata,* inquiens, *in integrum reſtitutione, omnia in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finiatur perſpicui iuris eſſe, idque curabit is, ad cuius partes ea res pertinet.*

Vnde intelligitur, reſtitutionis cauſſa pendente, rem cuius nomine reſtitutio poſtulatur, nec alienari, nec ſententiam executioni mandari poſſe, ideoque & reſtitutio ſimilis appellationi eſſe dignoſcitur, ſiquidem hac pendente nihil nouari debeat *tot. tit. Digeſt. Nil nouar. appellat. pendent. iunct. l. 1. eod. tit. & l. 3. C. de appellat.*

Ad extremum reſtitutionis remedium extraordinarium eſt; Ergo ſi appellatio in promtu ſit, ad reſtitutionem aditus non patebit *Iohannes Ferrarius Montan. in d. tractat. lib. 4. c. 9.*

DE SVPPLICATIONE.

NVNC ad Supplicationis materiam me confero. Quamuis autem Supplicatio in Camera locum nō habeat *part. 3. Ord. tit. 51. verb.* Wir ordnen/ ſetzen/ vnnd wöllen auch/ daß von den vrtheilen am Keyſerlichen Cammergericht ergangen vnnd außgeſprochen/ kein Theil weiter zu Appelliren oder zu Suppliciren macht haben ſoll: tamen vt Reuiſio eò melius in ſequenti Tractatiuncula intelligatur, viſum mihi fuit ſupplicationem quoque, ſed paucis, attingere.

Cæterum, ne vocabuli æquiuocatione quis offendatur, ſciendum eſt, variis illud modis in iure accipi. Primò accipitur pro omni libello, qui non ſolum ſupremis, ſed etiam inferioribus Iudicibus offertur, & tam à reis, quam ab actorib.

Digitized by Google

Idque duplici rurſus modo, aliquando etiam in iis caſibus, qui ad mercenarium Iudicis officium pertinent, & iure actionis expediuntur, eum in finem, vt ſuper hac actione proceſſus decernantur. Sic in Camera pro decernendis proceſſibus Iudici ſupplicationes offeruntur, quæ debitas legum & conſtitutionum, ex quibus agitur, qualitates continere debent. Ita ſupplicationis vocabulum *ſupra part.1.* accepimus,

Aliquando etiam, vt maximè locum habeat in caſibus, qui ad nobile Iudicis officium pertinent, & actionis iure expediri nequeunt, ſi quid & ante proceſſum & in proceſſu, & ante ſententiam, & poſt ſententiam actores vel rei conſequi velint. *Ferrar. Montan. de ſupplicat. capit. 1. §. vtilis itaque & Rebuff. eod. tit. q. 1. & Bender. in doctiſſimo ſuo Tractatu de Reuis. concluſ. 25. num. 55.*

Et hoc quoque in Camera Imperiali non rarò euenit. Quo facit, quod ſcribit *Petrus Frider. Mindan. lib. 1. de Proceſſ. cap. 2. num. 2.* poſſe ſupplicationem non tantum ante proceſſum, ſed etiam in proceſſu offerri, **als da man vmb fürderlich beſcheide ſupplicirt**/ vel poſt ſententiam, puta pro executione, vt taxentur expenſæ, liquidentur fructus.

Et quidem in hac ſignificatione voce Supplicationis accepta, plenæ huiuſmodi ſupplicationibus omnes hodie ſunt aulæ Principum, plena omnia conſiſtoria, vſque adeò nulla Magiſtratus domus eſt, quin libellis illis pateat, in rebus non ſolum exiguis, verum etiam magni ponderis per Iudicis tamen officium & citra vllam facti ſcrupuloſam indaginem expediendis, id quod ad vim ſubditorum compeſcendam, pacemque publice prouehendam valdè conducit, dum modo vnuſquiſque iure potius experiri iubetur, quam ſibi ipſi ius dicere, & alterius rem contempta legum Maieſtate interuertere. Sicut eleganter diſſerit Ferrarius Montan *in dict. §. vtilis itaque.*

De his ſupplicationibus, & quomodo ac quando admittantur, loquitur titulus *Codic. de precib. Imperator. offerend. cum multis aliis l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de offic. Proconſ. & l. omnia quæcunque ff. de Reg. Iur. Et de his quidem ſupplicationibus in præſentia nobis non erit ſermo. Ferrar. Montan. in dict. §. vtilis itaque Bender. dict. concluſ. 25. num. 55.*

Secundò ſupplicationis vocabulum ſumitur ſpecialius pro reſtitutione in integrum, quæ per ſupplicationem ſolum indulgetur, cum nulla actio ordinaria ad eam obtinendam competat *c. 2. extra de offic. Iudic. l. quod ſi minor 25. §. fi. ibiq. Bar. ff. de Minorib. Bender. d. concluſ. 25. nu. 55.*

Tertiò propriè ac ſtrictè ſumitur pro ea ſupplicatione quæ offertur pro retractanda ſententia, contra quam nulla admittitur appellatio, propter Iudicis excellentiam & autoritatem, de qua tractat *Auth. quæ ſupplicatio iunct. l. ſi quis aduerſus C. de Precib. Imperator. offerend. Et de hac ſola in præſentia nobis ſermo eſt. Rebuff. in dict. quæſt. 1. in fin. Ferrar. Montan. in dict. §. vtilis itaque in fin. Bender. dict. concluſ. 25. numer. 55.*

Variæ autem à varijs interpretibus ſupplicationis in hac ſignificatione traduntur definitiones, quas videre licet *apud Bender. in doctiſſ. ſuo Tractat. de Reuiſion. Concluſ. 1. Rebuff. in Tractat. ſuo de ſupplicationibus* definit ſupplicationem, quandam parte petente, ad errorem facti contra iudicatum proponendum, quod per appellationem vel nullitatem retractari non poteſt, à Principe factam impetrationem ſiue conceſſionem.

Verum definitio illa anguſtior eſt ſuo definito, cum non ſolum ipſe Princeps, verum etiam idem Iudex, à quo alias propter excellentiam & ſublimitatem dignitatis appellare non licet, per viam ſupplicationis adiri poſſit *text. ibique communiter DD. in Authent. quæ ſupplicatio C. de Precib. Imperator. offerend. Specu. de ſupplic. §. ſupplicari num. 2. Idem Rebuff. quæſt. 11 diff. 3. Ferrar. Montan. cap. 2. §. ex quibus de ſupplicat. Bender. d. concluſ. 1. nu. 5.*

Veritati

Digitized by Google

Veritati proxima mihi videtur definitio ſupplicationis, quam tradit Iohannes Emericus à Roſbach. *in Practic. ſua ciuil. tit. de ſupplicat.* cum ſupplicationem definit, preces quæ à condemnato offeruntur Iudici, à quo aliàs appellari non poteſt, vt cauſſam reuideat, & ſententiam emendet. Dictum fuit, *à quo alias appellari non poteſt*, idque vel propter dignitatis ſublimitatem, vel priuilegium, vel tactam prohibitionem *Iaſ. in dict. Authent. quæ ſupplicat. Speculat. tit. de ſupplicat. §. ſupplicari in princ.* vel ſi ſtatuto aut priuilegio cauſſæ ad certam ſummam ſint reſtrictæ, intra quam appellare non licet *Mynſing. cent. 6. obſ. 15.* Intelligitur ex his omnibus, Remedium ſupplicationis eſſe extraordinarium, non verò ordinarium, ideoque non niſi ordinario appellationis remedio deficiente locum habere. *Marant. part. 6. tit. de appellat. num. 13.*

Porrò cùm ſupplicatio ad eundem vt plurimum iudicem fiat, prætereaque ex mera benignitate & gratia Iudicis concedatur, cauſſa non ex ſententiæ iniquitate aſſumi debet, cum inciuile foret allegare iniquitatem eiuſdem iudicis, præſertim cum nec in eiuſmodi perſonas, quibus ſupplicatur, propter eminentiam & iuſtitiæ præſumtionem cadere cenſeatur. Credidit enim Princeps, inquit Aurelius Arcadius *in l. vnic. de offic. Præfect. Prætor.* eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus.

Cauſſas igitur deſumere conuenit ex petitione veniæ, & proprij erroris, vel negligentiæ, vel imprudentiæ, vel aduerſarij circumuentionis allegatione *Marant. dict. tit. de appellat. num. 22. arg. l. Præfecti ff. de Minor. & not. Azo in ſumm. C. de ſentent. Præfect. Prætor.* Cæterum de cauſſis, quibus Iudex ad recipiendam ſupplicationem moueatur, adducendis vide multa præclarè tradita *à Ferrar. Montan. ſuppl. cap. 5. per tot.*

Porrò ſupplicatio vel intra decem dies vel poſt decendium vſque ad biennium offerri poteſt, ſiue, quod in idem recidit, quandocunque intra biennium *per text. expreſſ. in l. vnic. ibi, ita videlicet, vt intra biennium C. de ſentent. Præfect. Prætor. d. Auth. quæ ſupplicatio.* De hoc inter interpretes pugna eſt, ſi ſententia ab inferiore Iudice, à quo appellare fas non eſt, prolata fuerit, num etiam poſt decendium eidem ſupplicari poſſit, an verò ſupplicatio Principi ſoli tunc offerri debeat. Sunt quamplurimi ijque ſummæ autoritatis Iuriſconſulti, quos refert Bender. *in Tractat. de Reuiſi. Concluſ. 2. num. 3.* qui ſupplicationem quidem intra decendium eidem Iudici inferiori, à quo appellare fas non eſt, poſt decendium verò vſque ad biennium ſoli Principi offerri poſſe exiſtimant. Verum contraria opinio de iure verior eſt, quia quo ad facultatē ſupplicandi nil refert, vtrum intra biennium, an verò intra decem dies Pręfecto Prætorio, vel Principi preces tuas offeras *Bender. d. concluſ. 2 nu. 5.*

Effectus ſupplicationis eſt, quod, ſi infra decem dies illa offeratur, ſententia non aliter mandetur executioni, niſi victor ſatiſdationem præſtiterit, tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi ipſum poſtea contingat ſuccumbere; ſi vero poſt decem dies infra biennium offeratur ſupplicatio, tunc indiſtinctè ſine eiuſmodi ſatiſdatione ſententia executioni mandetur. *§. aliud quoque vnde dict. Authent. quæ ſupplicatio deſumta eſt in Authent. vt ſponſalitia largitas coll. 9. Abb. Hoſtienſ. & Innocent. in cap. ex literis de in integr. reſtit. Iaſon in dict. Authen. quæ ſupplicatio numer. 8. Mynſing. cent. 1. obſeru. 47. & cent. 9. obſeru. 15. Bender. dict. concluſ. 2. numer. 5. Iohann. Baptiſt. Schvvartzenthal. in Proceſſ. act. Iudicy deciſor. tert. cap. 3. num. 1. Roſbach. dict. tit. de ſuppl. nu. 16.* Conſtat igitur hinc, ſupplicationem executionem latæ ſententiæ non impedire *allegati DD. in dictis locis.*

Et hæc de ſupplicatione adduxiſſe ſufficiat.

DE

DE REVISIONE.

HVC PERTINET TIT. 53. pag. 3. Ord.

VENIO nunc igitur ad Reuiſionem. Quamuis autem Appellatio & Supplicatio à ſententiis in Camera Imperiali latis prohibeantur per Ordinat. *part. 3. tit. 51.* id tamen Reuiſioni nihil quicquam officit. Præterquam enim quod, ſicut prohibita appellatione non intelligitur prohibita & remota ſupplicatio *l. vnic. ibique Angel. ff. de offic. Præfect. Prætor. l. ſi quis aduerſus & Auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imperator. offerend. Marant in ſuo ſpecul. part. 6. §. ſecundus actus principalis numer. 13. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 4. numer. 149.* vbi pro more ſuo multas autoritates cumulat, ſic neque reuiſio, vtpote quæ in locum ſupplicationis ſucceſſiſſe videtur *Bender. de Reuis. concluſ. 1. num. 27. & concluſ. 20. num. 93.* prohibita eſſe intelligitur *Schrader. d. ſect. 4. num. 51. Rutger Rulant. de Commiſſar. & Comm. Camer. lib. 2. cap. 21. num. 2.*

Quinimò expreſſe per Conſtitutiones Imperij introducta eſt, de qua eleganter diſſeritur *part. 3. ord. tit. 53.* Vt enim Iudex & Aſſeſſores Imperialis Cameræ in cognoſcendis Actis eò maiorem adhiberent diligentiam, ſi verendum pertimeſcendumque ipſis foret, ne Acta poſt ſententiam latam reuiderentur, & nemini in Cameræ iudicio fraus aliqua inferretur, ordinatum ſalutariter prouiſumque fuit, vt, ſi quis per Cameræ Imperialis Iudicem & Aſſeſſores, iniquitate aut nullitate ſententiæ ſe grauatum putet, Reuiſionem Syndicatumque petiturus Archiepiſcopo Moguntino veluti Imperij Archicancellario duob. olim nunc tribus (viſit. Anno 57. §. wiewol ferner inhalt) menſibus ante Calendas Maij in ſcriptis illud ipſum denunciet. Quod quidem tempus à die factæ inſinuationis currit *dict. tit. 53. pag. 3. Ord. §. 1. ibi.* Dann ſie ſolches vnſerm Newen dem Ertzbiſchoffen 2. Monat vor dem erſten Maij zu iederzeit in ſchrifften zu erkennen geben *& eod. §. 1.* zween Monat vor 1. Maij zu erkennen geben *& d. §.* wiewol ferner innhalt in Receſſu viſitatio. Anno 1557. *Bender. de Reuiſion. concluſ. 3. num. 20. & 24. Rulant. dict. cap. 22. num. 15.* Hac denunciatione facta, Archiepiſcopus Moguntinus, Imperatoriæ Maieſtati, Electoribus Principibus, Prælatis, Comitibus, & Ciuitatibus Imperij, quos eo in anno viſitationis ordo tangit, litteris ſuis ſignificabit, petetque, vt Cæſareis Commiſſarijs ſuos quiſque peritos, egregios, & rerum vſu præſtantes Conſiliarios adiungat, & tranſmittat, qui vnà cum deputatis Cæſareis Commiſſarijs, Præſide, & Aſſeſſoribus, per quos ſententia lata eſt, omnia & ſingula cauſſæ reformandæ acta diligenter & ſtudioſe reuideant, examinent, & quod iuri & æquitati conſentaneum erit, perficiant decernantque.

Quod ſi à die latæ ſententiæ vſque ad Calendas Maij tres menſes toti non ſupererunt, edicitur hac Ordinatione, vt Archicancellario Imperij anno proximè ſequenti tribus ante Calendas Maij menſibus illud ipſum ſignificetur, ſicut ſuprà dictum eſt. Si etiam aliquis de Aſſeſſoribus, qui quidem conceptioni ſententiæ interfuit, ſuo ſeſe officio vel plane abdicauerit, aut alias diſceſſerit, is ad præſtitutum diem per Cameram citabitur *d. tit. 53. in princ.*

Apud quem verò in cauſſis ad Electorem Moguntinum pertinentibus, quando vel ipſe vult petere Reuiſionem, vel alius contra illum, Reuiſiones petentur? Et vtroque caſu apud Treuirenſem Archiepiſcopum peti debent, qui etiam reliqua, quæ hactenus recenſuimus, ex Ordinationis præſcripto prouidebit; idq; ex nouiſſima Imperij Conſtitutione Anno 1594. in Comitijs Ratisbonæ habitis promulgata §. Als vns auch / cuius hæc ſunt verba: Als vns auch bey wehrendem dieſem Reichs Tag gedachter vnſer lieber Newe vñ Churf. der Ertzbiſchoff zu

Meynt-

Meyntz vnderthäniglich zu erkeñen geben/daß ſeiner Liebden nötig zu wiſſen ſey/wie es auff den fall zu halten/da wieder Sie vñ dero Ertzſtifft an vnſerm Keyſerlichē Cammergericht ein oder mehr Vrtheil geſelt/vñ dieſelb auß erheblichen/rechtmeſſigen begründten Vrſachen ſich des mittels einer Reformatiō Beſſerung oder Reuiſiō ohnvermeidenlich gebrauchen/vnd an die handt nemmē ſolte oder müſte/ bey weme ſeine Liebden vmb ausſchreibung ſolcher Reuiſion/weil ein ſolcher fall in Vnſerer vnd des Reichs Cammergerichts Ordnung nicht verſehen/anſuchen ſollen/haben Wir ein ſolches zu Berahtſchlagung Churfürſten/Furſten/vnnd Ständen furtragen laſſen/mit denen Wir vns dennach in gehaltenem jhrem Bedencken dahin verglichēn: Ordnen vñ Wöllen auch hiemit/da ertzehlter maſſen S. L. oder dero nachkommen Ertzbiſchoffe zu Meyntz ein Reuiſion in deren vnd dero Ertzſtiffts ſachen zu begehren hette/daß ſolch ausſchreiben bey Vnſerm auch lieben Neuen vñ Churfürſten dem Ertzbiſchoffen zu Trier geſucht werde/ S. L. auch daſſelb vber ſich nem[men] die Reuiſion ausſchreiben/vnd die Direction vermög des Reichs Ordnung [halten] vnd verrichten ſolle: Welches auch in dem fall, wann gegen gedachtem Ertzbiſchoffen zu Meyntz einer ein Vrtheil am vorgedachten Cammergericht erhalten/ vnnd derſelb verluſtigt oder Widertheil gegen S. L ein Reuiſion außzuſchreiben ſuchen würde/daß des Triers L. darumb zu erſuchen/vnd ebenmäſſig/wie nechſt bemelt/damit gehalten werden ſoll.

Vt verò litigantium temeritati occurratur, Reuiſionem Syndicatumque petens prius, quam Reuiſio inchoetur, certam pecuniæ ſummam, quam Viſitatores pro qualitate perſonarum & cauſſarum moderabuntur, deponet, quæ, ſi lata ſententia iuſta declaretur, Fiſco pœnæ loco cedet, aut pro pecunia, ſi malit, fideiuſſoribus idoneè cauebit, *d. tit. 53. §. 1.* An iuratoria cautio in caſu, ſi quis adeo pauper ſit, vt neque pecuniam numerare, neque fideiuſſores inuenire poſſit, hic ſufficit? Quod, ne via Iuſtitiæ pauperi præcluſa videatur, affirmat & eleganter probat *Bender. conclu. 7.*

Huncautem ad modum in Reuiſionis puncto procedetur. Is qui Reuiſionem impetrauit, qui in hoc iudicio Actoris perſonam ſuſtinet, cauſſas grauaminis, in vno ſcripto & aduerſa pars, quod neceſſarium erit, viciſſim in vno proponet, & in vtroq; illo ſcripto nihil noui ſed grauamina duntaxat eorumq; refutationes deducentur, & neutri parti plura ſcripta concedentur *d. tit. 53. §. 2.* Vnde conſtat, in cauſſis Reuiſionum beneficium *l. per hanc C. de temporib. appellat.* non habere locum; Videlicet quod non deducta deduci, & nō probata probari poſſint, ſed ex iiſdem actis de iniquitate ſententiæ iudicandum ſit, *Gail. 1. obſ. 154. nu. 2.* quia reuidere, inquit, eſt ex iiſdem actis iudicare, aliàs ſi addere liceret, non eſſet reuiſio, ſed potius additio & nouatio actorum, ſuper qua iudices non eſſent auditi, neque ſuper iis quicquam iudicatum, & proinde erroris argui non poſſent, cum non entis nullæ ſint qualitates, per vulgaria.

Quibus ita peractis, Cæſarei Commiſſarii & deputati Cōſiliarii, vi iuramentorum hac in cauſſa de nouo ab ipſis præſtandorum, cum Præſide & Aſſeſſorib., qui ſententiā iſtam tulerunt, mediantibus itemq; ipſorum iuramentis, quæ initio officii ſui præſtiterūt, omnia & ſingula cauſſæ acta ſummo ſtudio reuidebūt, ponderabunt, & expendent. Deinde Aſſeſſores, qui iſtam conceperunt ac pronunciarunt ſententiam, præſentibus Cæſareis Commiſſariis & Conſiliariis, rationes & fundamenta, ex quibus ſententia concepta fuit, indicabunt. Poſtea Conſiliarii ſoli, remotis Aſſeſſoribus, momenta cauſſæ ponderabunt, & ſententiam iſtam, ſi iuſta fuerit, confirmabunt, aut ſi qua in parte Iudices lapſi ſint, vel alias nulla ſit iſta ſententia, aut iuri parum cōnſentanea, eam reformabunt, quod ſi fiat, parti, quæ reuiſionem impetrauit, pecunia depoſita reſtituetur, reformataque ita ſententia à Camera Imperiali executioni mandabitur *d. tit. 53. §. Darauff ſollen.*

Quod

Quòd ſi ſine dolo, culpa tamen, erroreuè vel Procuratorum vel Iudicum malè iudicatum fuerit, contra negligentes iſtos, per Cæſareos Commiſſarios & Viſitatores, ex Ordinationis præſcripto, & vt aliàs iuſtum ac æquum fuerit, procedetur, quod ad ſententiam verò attinet, Iudices in eodem loco cum Iudicibus inferioribus, à quibus appellatum fuit, habebuntur, *dict. tit. 55.* §. vnd ob ſolche nichtigkeit.

Si corruptio, præuaricatio, aut dolus interuenerit, parti impetranti non ſolum depoſita pecunia reſtituetur, verum etiam aduerſus Iudices illos Syndicatum experiri liberum erit, & nihilominus Iudices ab Imperatoria Maieſtate & Procuratores à Camera conuenienti pœna afficientur *dict. titul. 53.* §. Ob ſich aber.

Si verò ſententia per deputatos confirmabitur, ea abſque vlteriori Appellatione Supplicatione, & Reuiſione per Cameram Imperialem executioni mandabitur, & pars impetrans pecuniam, vt dignas petulantia pœnas luat, & vt expenſæ inde perſoluantur, perdet. *d. tit. 53.* §. Im fall aber.

Si reuiſio ad diem in denũciatione ab Archiepiſcopo præfinitum, ob abſentiam Commiſſariorum & Conſiliariorum, aut quod illi acta non relegerint, haud proceſſerit, ſententia per Cameram ſtatim ſine vllo impedimento executioni mandabitur, quod tamen hactenus verum eſt, ſi notorium & euidens ſit, quod reuiſio non proceſſerit, id partis impetrantis culpâ contigiſſe: ſi vero illa extra culpam ſit, abſentia vel negligentia Commiſſariorum & Conſiliariorum ipſi fraudi non erit, ſed beneficium Reuiſionis ſaluum ipſi ſartumque tectum permanebit, ad manus ſumetur, & ex Ordinationis præſcripto ad finem perducetur. *d. tit. 53.* §. Ob auch die Reuiſion.

Si pars impetrans à Reuiſione deſiſtere volet, ſex ſeptimanis ante viſitationem, in qua Reuiſio tractabitur, Moguntinæ Cancellariæ id renunciabit, quo ijs, quibus Reuiſio denunciata eſt, Viſitatoribus Iudici & Aſſeſſoribus Cameræ, id ipſum ſignificari viciſſim queat, & factos ſumtus reſtituet, ſi ſerius, arbitrio Commiſſariorum & Viſitatorum multabitur, & expenſas ſimul refundet *Viſit. Receſſ. de Anno 57.* §. Wiewol ferner. *Ciſner. in addition. ad dict. titu. 53. Denais. in Iur. Cameral. Rubric. Reuiſio actorum* §. *12. Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 75. numer. 11.*

Porrò ardua quæſtio eſt, in qua nucleus latet totius Reuiſionis materiæ, an Reuiſio executionem ſententiæ ſuſpendat. *Negat Bender. concluſ. 20. Hæſitat Chriſtophor. Schvvanman. d. cap. 75. vbi tamen in negatiuam eſt procliuior.* Affirmatiuam defendunt *Gail. 1. obſ. 154. nu. 4. & de arreſt. c. 12. num. 4. & Petrus Frider. Mindan. de Mandat. Iudic. c. 28. nu. 2. & ſeq.* Et hæc ſententia veriſſima eſt.

Comprobatur enim manifeſtis textib. *Ord. part. 3. tit. 53.* §. Darauff in fine. Vñ im fall da die Vrtheil auß vberſehen der Richter/ als nichtig vnd vngerecht reformirt würden/ ſoll der Partey jhr erlegt Geldt widerumb zugeſtelt/ vnd mit der Execution ſolcher reformirten Vrtheil an dem Cammergericht vollnfahren werden. Et §. Im fall aber da die Vrtheil durch die Verordnete bekräfftigt/ ſoll es darbey vngeweigert ohn weiter Appelliren/ Suppliciren/ vnd Reuidiren bleiben/ vnd mit Execution ſolcher erſt geſprochener Vrtheil an dem Keyſerlichen Cammergericht fürgefahren/ auch die Clagende Partey das erlegt Geldt zu ablegung des Coſtẽs/ auch ſtraff jhres Mutwillens verlohren haben. *Et in* §. ob auch die Reuiſion ibi. Sol durch Cammerrichter oder Präſident vnnd Beyſitzer weiter derhalben in vorwahrt zu ſtehen nicht ſchuldig ſeyn/ ſondern mit Execution der erſt geſprochenen Vrtheil ohn einige verhinderung fürgangen werden.

Qui textus omnes poſt retractatam & confirmatam ſententiam, & poſt deſertam Reuiſionem, executionem demùm faciendam eſſe apertè probant. Neque obſtat Receſſus Imperij de Anno 35. verſ. Vnd darmit vnſer Cammerrichter.

Quia

Quia quod ibi diſponitur, Anno 55. *in dict. tit. 53.* grauibus ex cauſſis immutatum & emendatum fuit *Gail. dict. obſ. 154. num. 3.* Et hæc ſententia multis confirmata eſt præiudiciis in cauſſa Bonf contra Brandenburg Anno 59. in cauſſa Ortenburg contra Ducem Bauariæ Anno 83. & in cauſſa Brandenburg contra Nürnberg Anno 83. Ad argumenta Benderi egregiè reſpondet Frider. *d.c.48.nu.5.* Sic & inhibitio, ne quid attẽtetur, Reuiſione pendente concedenda eſt, vt factum in cauſſa Nürnberg contra Brandenburg *Fride.d.c.48.n.4.* A quo autem peti debeat, ibidem vide Frider.

Plura de Reuiſione qui expetit, is conſulere poterit doctiſſimum & copioſiſſimum *Tractat. Bender. de Reuis. Gail. 1. obſ. 153. & ſeqq. & Rutger. Rulant. d. c. 21.* De Syndicatu agit *§. fin. p. 3. Ord. tit. 53.* Et de hoc abſolutiſſimum Tractatum ſcripſit Pariſ. de Puteo, & vide *Gail. d. obſ. 153.*

Formulam ſupplicandi pro Reuiſione vide apud Chriſtophor. Schvvanman. *d.c.75.* Vide etiam formam Recognitionis & Syndicatus aduerſus Iudicem & Aſſeſſores Cæſareos apud Iohann. Oldendorp. in Actionum tabula.

F I N I S.

SOLI DEO GLORIA.

D OTHO-

OTHONIS MELANDRI IVRISCONSVLTI, COMMENTARIORVM CAMERALIVM IN PROCESSVM NOAH MEVRERI

Pars Quarta.

I.

SOndern auch die Nichtigkeit vnd Iniquitet der vorigen Proceſſ.] Rationem continuationis Partis huius Quartæ cum ſuperiori Autor ponit hanc; cum ſuperiori parte de Appellatione pertractatum ſit, eaque propoſita non ſolum iniquitas vel iniuſtitia ſententiæ in priori inſtantia latæ, verùm etiam nullitas in eiuſdem inſtantiæ proceſſibus commiſſa diſputetur diſcutiaturque; explicata Appellationis materia, recta ſe nunc via iuſtoque ordine ad Nullitatis doctrinam proponendam atque interpretandam commodùm accedere. Cauſſa in promtu eſt, quamobrem in omni appellatione (intellige à ſententia definitiua) generaliter intentetur nullitas, quòd hæc illi ex vi ipſius verbi incluſa cenſeatur, licet non exprimatur *l. quædam mulier 41. ff. famil. herciſcund.* vbi quædam mulier, inquit Paulus Iuriſconſultus, à Iudice appellauerat, quod diceret, cum de diuidenda hęreditate inter ſe & cohęredem non tantum res ſed & libertos diuiſiſſe, & alimenta, quæ dari teſtator certis libertis iuſſiſſet; nullo enim iure id eum feciſſe.

Ex diuerſo reſpondebatur, conſenſiſſe eos diuiſioni: & multis annis alimenta ſecundum diuiſionem præſtitiſſe. Placuit, ſtandum eſſe alimentorum præſtationi: Sed & illud adiecit, nullam eſſe libertorum diuiſionem *l. Carmelia Pia 24. ff. de Iur. patronat.* vbi cum eâdem facti ſpecie eadem eiuſdem deciſio ijſdem ferè verbis repetitur *l. ſi is quem 4. verb.*

Sed ſi poſtea quàm cognouiſti, de ſententia Iudicis appellaſti, an iure lata ſit, in auditorio quæretur. *C. de liberal. cauſſ. Bartol. in l. ſi expreſſim colum. 3. ff. de appellat. Anch. in capit. ſecundo in verſi. de partium de appellat. in 6. Franc. in cap. dilecto quæſt. 29. de appellat. Alexand. conſi. 59. viſo numer. 9. lib. 4. & conſi. 225. Ponderatis numer. 23. lib. 6. Bald. in l. tale pactum § qui prouocauit ff. de pact.* vbi nullitatem in appellationis ventre claudi ſcribit, quod refert Myning. *cent. 2. obſ. 77. num. 4. Vant. de nullitat. tit.*

quot & quib.mod.null.num.18. vbi ſimpliciter commiſſa cauſſa appellationis eundem iudicem examinando eandem appellationem, cognoſcere etiam nullitatem proceſſus, & ſententiam ipſam tàm reſpectu iniquitatis quàm nullitatis reformare poſſe tradit Andreas Knich. *in Commentar. in Ius Saxon.pag.(mihi) 296.* quemadmodum & in ſimili à laudo ſiue ſententia arbitri petita reductione ad arbitrium boni viri, etiamſi hic videatur ſuper iniuſtitia principaliter aditus, nihilominus tamen, ſi laudum nulliter prolatum repererit, poſſe ipſum eandem nullitatem declarare ponit Franc. *in dict. cap. dilecto quaſt.15. & quaſt. 21. & Deciſ.poſt plures conſulentes, quos adducit in conſi.39.in fin.lib.1.* cum nulla maior ſit iniuſtitia nullitate *Vant.de nullit.tit.1.numer.20. Bellam.deciſi.343. Contard. in l.1. limitat. 7.num.13.C.Si de moment an.poſſeſſ. Andr.Knich.in d.Commentar.pag.296.* Et *Bald. in l.1. colum.3.verſi.Caueant tamen Iudices C.ſi à non compet.* non indecenter monebat Iudices, ne per malitiam fingerent ſententiam eſſe validam, cum nulla eſſet, quia vltra damna & intereſſe partis tanquam falſi iudices ſimilitudine Iudicij puniretur, vt refert Vant. *d.tit.1.num.21.*

Cæterum Nullitas deriuatur à ſuo primitiuo nullus, nulla, nullum, ſicut veritas à Verus, vero, verum *Vant. d.tit.1.num.11.* & conſideratur tum in concreto, tum in abſtracto. In concreto, quatenus rebus & actibus ipſis coniuncta eſt: In abſtracto, quatenus eſt remedium iuris, quod perperam & nulliter factum in irritum reuocat, Vant. *d.tit.1.in princ.* Nullitas in concreto eſt vitium ſeu defectus rei geſtæ ob legis tranſgreſſionem proueniens *Vant. d.tit.1.in princ.*

Et eſt materia ſiue obiectum, in quo nullitas in abſtracto conſiderata occupatur, tollendo nimirum, irritando, & id quod nulliter ita factum eſt, nullum declarando. Nullitas in abſtracto conſiderata, eſt remedium ordinarium ad irritandum vel irritum nunciandum actum de quo quæritur, competens, vt maximam partem definit *Vant.d.tit.1.nu 1.*

Ego addidi, nullitatem eſſe remedium ordinarium, quòd ſit commune auxilium, ſicut & appellatio, ob publicam cauſſam introductum, quod nemini denegari debet, vſque adeo, vt etiam tertius pro ſuo intereſſe de nullitate excipere poſſit *Vant.d.tit.1.num.7.& tot.tit.quis poſſ.dic.de nullit.per tot. Gail.1.obſ.70. Crauett.conſ.177.num.9. & conſ.179.num.5.* Quamuis autem vtraque tam in concreto, quam in abſtracto poſita definitio paulo generalior eſſe videatur, quam inſtituti noſtri ratio ferat, hoc tamen loco nullitas propriè conſideratur ea, quæ ex tranſgreſſione proceſſus & ſolennitatum contingit, ſic vt hæc nullitatis conſideratio ſub illa tanquam ſpecies ſub ſuo genere comprehendatur.

Eo namque ipſo, quod ſolennia iudiciorum requiſita vel ex præſcripto legis, vel ſtylo Curiæ non obſeruantur, aduerſus legem delinquitur. Nam & Stilus iudicij pro lege eſt *c.ex litteris ibidemque DD.extra de conſtitut.cap.2.de præbend.lib.6.Felin.in c.2.num.16.de reſcript.DD.in c.fina. de præſcript. Euerhard.latè in Topic. Legal.lib. loco à ſtylo Curiæ ſeu more iudiciorum.*

Et vtrobique ordinarium illud ad defectum iſtum caſtigandum remedium competit.

Porrò nullitas iudicio varijs ex cauſſis contingit. Aut enim ex defectu perſonarum, quæ in iudicio verſantur, vel ex defectu proceſſus, vel propter debitam ipſius ſententiæ omiſſam ſolennitatem contingere ſolet. *Vant. de nullitat. tit.de mod.& ordin.vidend.proceſſ.& cognoſcendi nunquid ſententiæ ſint ex aliquo defectu nullæ, per tot.*

Ex defectu autem perſonarum in iudicio verſantium duplici ratione. Vel ratione iudicis, vel ratione litigatorum *Vant.dict.loc.* Ratione Iudicis ex incompetentia, ac defectu iuriſdictionis & poteſtatis iudicantis *Vant.d.tit.de mod.& ord. nu.1.& tit.de nullit.ex defect.iuriſd.* Et hæc quidem nullitas tam grauis eſt, vt ſub ſta-

tuto

Digitized by Google

tuto, vel alia quauis diſpoſitione nullitates reijciente non comprehendatur *glo. ibique communiter DD. in Clem. 1. in fin. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Bald. in l. generaliter in 2. colum. C. de Epiſcop. & Cleric. Caſtrenſ. in l. fina. C. de arbitr. Angel. in l. Non erit §. Dato ff. de iureiur. Gail. 1 obſ. 123. nu. 2. & 3.* vbi illud in Camera quoque obſeruatum ſe meminiſſe atteſtatur. *Vant. de nullitat. tit. quis poſſ. dic. de nullitat. nu. 37. & d. tit. de null. ex def. iurisd. nu. 4.*

Ampliatur primò, vt etiam procedat, etiamſi eſſent latæ tres conformes ſententiæ, & aliâs quis vlterius ſuper nullitate audiri non poſſet, vt ſancit *clem. 1. de re iudicat.* quia nihilominus ſuper hac nullitate iuriſdictionis audietur *Franc. in c. dilecto quæſtion. 53. & q. 59. de appell. Alexan. in conſil. 77. in cauſſa colum. 4. lib. 2. Vant. dict. loc.*

Ampliatur ſecundò, vt etiam procedat, etiãſi quis iuraſſet non dicere de nullitate, quia adhuc ſuper iſta erit audiendus *Franc. in d. c. dilecto q. 52. verſ. Limita ſextò Fel. in c. ex parte col. 5. in 17 fall. de offic. deleg.*

Ampliatur tertiò, vt Iudex ex officio, etiam parte non opponente, ipſam attendere debeat *Gail. dict. obſ. 123. num. 2.* Ratio ſupra poſitæ Concluſionis & Ampliationum ex illa deductarum hæc eſt, quod iuriſdictio & poteſtas iudicantis ſit baſis & lapis angularis ac fundamentum iudicij, quo ſublato cætera corruunt *Vant. de nullit. tit. de mod. vidend. proceſſ. & d. tit. de nullitat. ex defect. iurisd. numer. 2. & 3.*

Et hæc quidem de perſona Iudicis ſtrictim hoc loco attigiſſe ſufficiat. Plura qui expetit, is conſulat *Vant. d. tit. de mod. vidend. proceſſ. dict. tit. de nullitat. ex defect. iurisdiction.* vbi etiã agitur, quibus modis illa proueniat in Iudice ordinario; & quib. modis accidat nullitas ex defectu iuriſdictionis delegatæ; *tit. de nullitate ex defectu iuriſdict. delegat. & tit. qualiter & quib. mod. ſentent. & proceſſ. qui dicunt. null. defendi ſeu reparari poſſint.*

Ratione litigatorum nullitas duplici quoque ratione contingit. Vel quatenus principales ipſi litigant & in iudicio comparent, vel ipſorum nomine alij. Vtrobique ex defectu inhabilitatis aut mandati comparentium, nullitas tanta eſt, tamque grauis, vt non includatur in ſtatuto nullitates reiiciente *Bartò. in l. 1. §. & parui verſ. tamen circa hoc ſunt ff. quod vi aut clam. Anch. in clem. 1. verſi. decimò & vltim. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Vant. tit. de nullitat. ex inhabilitat. ſeu defect. mand. & tit. quis poſſ. dic. de null. num. 41.*

Quomodo autem principales ipſi ad agendum & comparendum in iudicio inhabiles ſint, & qui legitimam ſtandi in iudicio perſonam non habeant, & quomodo nullitas ex defectu mandati eorum, qui alieno nomine in iudicio litigant, eueniat, late differit *Vant. in dict. tit. de nullitat. ex defect. inhabilitat. ſeu mandat. compar. & d. tit. quis poſſit dic. de nullit. num. 41. cum aliquot ſeqq. & tit. de mod. vidend. proceſſ. à num. 4. vſque ad num. 6. & tit. qualit. ſentent. & proceſſ. qui dicuntur nulli, defendi ſeu reparari poſſint à num. 81. vſque ad num. 106.* quo lectorem breuitatis ſtudio, & ne actum agam, remitto. Sanè ſi de legitima & ſufficienti poteſtate alieno nomine comparentis in iudicio non conſtiterit, exceptio illa iudicium retrò nullum reddens, ad inualidandum proceſſum quandocunque opponi poterit. *l. licet C. de Procurator. cap. in noſtra in fin. eod. tit. cap. licet de appell. in 6. l. licet ff. de iudic.* & opponetur vſque ad mille annos, ſicut ſingulariter dixit *Bald. in l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum.*

Viſo de nullitatibus, quæ ex defectu iuriſdictionis ſeu poteſtatis Iudicis, & iuſtæ litigatorum habilitatis euenire ſolent, nunc aggrediamur ad nullitates, quæ ex defectu proceſſus & ſolennitatum ſententiæ eueniunt.

Ex defectu proceſſus quidem, ſi non fuerint obſeruata ſubſtantialia & ſolennitates proceſſus, veluti ſi ſententia feratur, aut nullo prorſus, aut certè inepto libello oblato. Libellus enim principium & fundamentum cauſſæ, & ipſius iudicij

dicij exiſtit, & non ſolum ratione partium, verum etiam reſpectu iudicis [illegible] conſueuit, vt ex eo modum & actionem intentatam, & vtrum apta illa ſit [illegible] rò minus, & ſibi concludat, cognoſcere poſſit, eique conformem ſente[illegible] dictet *C. licet Hely extra de Simon. ibidemque gloſſ. in verb. formam C. qualiter & [illegible] el. 2. § ad corrigendos in fin. de accuſat. & clem ſap. §. verum quia de verb. ſignific.* [illegible] nullitatis ex ineptitudine libelli reſultantis tanta eſt efficacia vt ſub ſtatuto [illegible] litates nuncupatim & in ſpecie tollente non comprehendatur *Franc. in [illegible] dilecto numer. 127. Lanfranc. in cap. quoniam contra in verb. except. num. 8. de probat. [illegible] tit. quis poſſ. dicer. de nullitat. num. 55.* Ratio eſt, quod iſta nullitas dicatur no[illegible] ex actis reſultans Bart. *in l. 1. C. de Error. Calcul.* nullitas autem notoria ſeu man[illegible] ſta, cuiuſmodi eſt & dicitur illa, quæ ex facie actorum reſultat *Alexand.* [illegible] *numer. 17. lib. 4.* ſtatuto ſeu diſpoſitioni nullitates reiicienti non includatur, [illegible] illo non obſtante proponi poſſit *Bald. in l. 1. C. Ne liceat tertiò prouocar. Alex[illegible] de pupillo § qui opus colum. penul. ff. de nou. oper. nunciat. & alij quam plurimi, quos [illegible] ſequitur Vant. d. tit. quis poſſ. dicer. de nullitat. nu. 51. vbi & nu. ſeqq. aliquot vide plura [illegible] in praxi admodum notabilia de notoriis nullitatibus.*

Quid? quòd ineptitudinem libelli iura vſque adeo deteſtentur, vt ſent[illegible] ſuper inepto libello lata ipſo iure, etiam parte non opponente, nulla ſit *c. cum di-lecti de emt. & vendit. c. examinat. de iudic. Gail. 1. obſ. 66. nu. 1.*

Ampliatur, vt Iudex appellationis non poſſit talem ſententiam ſuper inepto libello latam reformare, ſed neceſſariò ſuper nullitate pronunciare debeat [illegible] demnando actorem in expenſas. *Gail. d. obſ. 66. num. 2.* reſeruato tamen ipſi iure a[illegible] gendi ex cauſſa apta, ſi qua foret *Vant. tit. de null. ex defect. proceſſ. nu. 22.*

Ampliatur ſecundò, vt ex ſententia ſuper inepto libello lata non oriatur a-ctio in factum aut iudicis officium *Gail. d. obſ. 66. nu. 3.*

Ampliatur tertiò, vt Iudex libellum ineptum dentibus lacerare debeat *Gail. d. obſ. 66. nu. 4. idque tradunt ibidem allegati. DD.*

Limitantur de libello eiuſque ineptitudine hactenus tradita, vt non proce-dant in cauſſis ſummarijs & breuibus, in quibus libello opus non eſt, ſed ſola fa-cti veritate inſpecta proceditur, ſufficit qualiſcunque petitio ad acta redacta, per quam actor intentionem ſuam declaret, & ſecundum quam Iudex ſententi[illegible] formare poſſit *Vant. d. tit. de null. ex defect. Proceſſ. nu. 21.* Vt maximè igitur in cauſſis huiuſmodi, qui libellum neceſſariò non requirunt, libellus ineptus offerre[illegible] modò intentio actoris ex eo deprehendi poſſet, ſententia ſuper eo lata vale[illegible] *Vant. d. tit. de nullitat. ex defect. Proceſſ. nu. 24. per doctrinam Innocent. in c. examinata [illegible] dic.* cum ſi hodie exprimeretur nomen actionis ineptæ, ex hoc proceſſum [illegible] fore nullum ſcriptum reliquit, quod talis expreſſio non eſſet neceſſaria. Quo-ties enim aliquid neceſſariò non requiritur, ſi illud interueniat, etiam inepte, [illegible] ctum non vitiat *Gail. d. obſ. 66. nu. 15.*

Limitantur ſecundò de ineptitudine libelli propoſita, vt procedant [illegible] in ea ineptitudine, vbi illa expreſſe ex ſui facie apparet, non autem quando [illegible] citè vel per ſubauditos intellectus ac ſubtiles iuris rationes deprehenditur [illegible] *in l. certa ratione verſ. præterea C. quand. prouoc. Vant. in d. tit. de nullitat. ex defect. Pro[illegible] nu. 22. Gail. d. obſ. 66. nu. 5.*

Limitantur tertiò, vt non procedant, ſi clauſula illa, quæ in fine libelli [illegible] communiter apponi conſueuit, videlicet petens ſibi ius & iuſtitiam admini[illegible] ri, Iudicis officium humiliter deſuper implorando, in fine libelli appoſita ſit [illegible] iſtam enim clauſulam nullitas & ineptitudo libelli tollitur & purgatur. *Vant. d. tit. de nullitat. ex defect. proceſſ. nu. 25. per ibi allegata.*

Limitantur quartò, vt non procedãt, ſi libellus partim ineptus ſit, partim [illegible] rò aptus & concludens. Propter ineptitudinem namque partis in totum [illegible] vitiabitur, quod vtile per inutile vitiari non debeat *Gail. d. obſ. 66. nu. 10.*

Lim-

Digitized by Google

Limitantur quintò, vt non procedant, ſi libellus commoda aliqua interpretatione ſuſtineri poſſit per ea, quæ tradit *Gail. d. obſ. 66. num. 6. & ſeq.* Verba enim libelli improprianda ſunt, ad hoc, vt libellus ſaluetur *l. ſi quis intentione ff. de Iudic.* & verba libelli in fauorem actoris improprianda ſunt *Socin. regul. 237. Incip. Libelli verba*, vbi dicit, illud in libello ciuili non autem in criminali procedere. Et verba libelli latè intelligi debent, vt includant intentionem libellantis *l. 2. §. 1. ff. ſi ſeru. vendic. Et Panorm. in capitul. dilecti numer. 2 de iudic.* Et interpretationem faciendam eſſe aliâs conſtat, vt res valeat potius, quam pereat *l. Quoties la 2. ff. de reb. dub.*

Sublimitatur hæc limitatio, quod interpretatio pro libellante facienda ſit, vt procedat, quando ambiguitas in iure & non in factò conſiſtit. Tunc enim expreſſa declaratione & interpretatione libellantis opus erit *l. idem Pomponio ſcribit § fin. de rei vendic. Gail. d. obſ. 66. num. 9.*

Limitantur ſexto, vt non procedant in ſummo Principe, qui ſola facti veritate inſpecta, non attenta libelli ineptitudine procedere & iudicare poteſt *Gail. d. obſ. 66. num. 16.*

Ratio eſt, quod in Principis territorio cauſſiſque coram eo vertentibus non attendatur nullitas, ſed veritas rei geſtæ. Solam namque veritatem amplecti debet & non ire per ambages, quippe qui tanquam DEVS Iudicare, & neque fallere neque falli dicatur *argument. notator. in cap. ad petitionem de accuſationib.* idemque vult totus contextus *d. capit. ad petitionem,* vbi etiam expreſſa hæc verba habentur, *Quem, quia non propter perſonæ vitium, vel ſcientiæ vitium, vel ſcientiæ defectum, ſed propter iuris ſolennitatem prætermiſſam amouimus, ipſum poſtmodum reſtituimus in Abbatem. Bald. in l. Aemilius 38. ff. de minorib. text. in cap. magnæ, ibi, dum tamen non recedamus à tramite veritatis cap. 3. extra de voto. c. per venerabilem, ibi Sacerdotes Leuitici generis, qui indicabunt tibi Iudicij veritatem extra qui fil. ſint legitimi.*

Hinc in principis auditorio fatalia non currunt *Auth. Sed lis & l. final. § Si tamen C. de Temp. appellat.* & nouæ dilationes eiuſdem arbitrio dantur *l. in offerendis ibique Bart. C. de app.*

Hinc idem Princeps in foro ſuo quotidie iuris rigorem relaxat, atque adeo cauſſas de plano ſine ſtrepitu ac figura iudicij cognoſcendas committit *clem. ſæpe de verbor. ſignific. verb. ſæpe contingit,* quod cauſſas committimus, & in earum aliquibus ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedi mandamus *clem. diſpendioſam de iudiciis verb.* Diſpendioſam prorogationem litium (quam interdum ex ſubtili ordinis iudiciarij obſeruatione cauſſarum docet experientia prouenire) reſtringere in ſubſcriptis caſibus cupientes & verb. procedi valeat de cætero ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu iudicij & figura & vide de hoc plura *apud Vant. in tit. An qualibet ſententia* & à quocunque *etiam maximo Magiſtratu prolata per remedium nullitatis impugnari poſſit numer. 7. & ſequ.*

Ex defectu etiam Citationis nullitas proceſſus oritur, quæ quidem nullitas tam graui inſignique laborat vitio, vt per generalem nullitatis in ſtatuto vel quauis alia diſpoſitione factam prohibitionem ac remotionem non cenſeatur remota nullitas ex defectu Citationis proueniens *Vant. in titul. Quis poſſ. dicer. de nullit. numer. 40.* vſque adeo vt defectus neque à ſtatuto neque à ſupremo Principe ſuppleri poſſit *Vant. in titul. de nullit. ex defect. Citat. num. 9. per quam plurimas ibi cumulatas allegationes & dict. titul. Quis poſſit dicer. de nullitat. numer. 40.* vt maximè plenitudine poteſtatis ſuæ vti velit, & clauſula ex certa ſcientia, & clauſula ſupplentes reliquos defectus.

Cum enim Citatio defenſionem contineat, quæ iuris naturalis eſt, ideoque nemini etiam Cacedæmoni ſi foret in Iudicio, denegari vel debet vel poteſt

Vant in d.tit.de nullitat.ex defect.Citat.num.1.per ibi prolixè allegata, Imperator, vt maximè expreſſe atteſtetur, ſe plenitudine poteſtatis vti, defectum Citationis ſupplere non poteſt, quod Imperator ea tãtum mutare poſſit, quę iuris ciuilis ſunt, naturalia autem nequaquam. *clem.paſtoralis verſ.cæterum de ſentent.& re iudic.* Iura namque naturalia ſunt immutabilia, & tanquam æquum & bonum decet ea illibata permanere, *§.ſed & naturalia Inſt.de iur.natural.gent.& ciuil.§.final.Inſt.de legitim.agnator.tutel.l.pen.in princ.ff.de iuſtit.& iur.l.2.in fin.ff.de vſufr.ear rer. Ferdinand. Vaſq.controuerſ.vſu frequent.lib.1.c.1.num.5.* vbi Principem iuſtam tollere defenſionem ſeu appellationem minimè poſſe de plenitudine poteſtatis, diſerte ſcribit. Plenitudo enim poteſtatis in ſola diſpoſitione bonitatis non etiam prauitatis ineſſe videtur. *Aymon.de antiquit.part.1.verſ.non omitto nu.2.* Vnde ſi quando Princeps ad malum plenitudine poteſtatis vteretur, non tam poteſtatis quam tempeſtatis plenitudine vſus aut abuſus diceretur *Cardinal.in d. clem.paſtoralis de re iudic.Socin.conſ.120.col.pen.in fin quem refert Aymon.vbi ſupra,qui alios allegat.* Nã & quoties Princeps ait, vti ſe plenitudine poteſtatis, intelligendus eſt de poteſtate bona ac laudabili non de mala aut vituperabili ſeu tyrannica *Bald.conſ.345.ad euidentiam col.2.lib.2.idem Bald.conſ.216.Rex Romanorum col.2.eod lib.1.* Vnde conditio turpis non dicitur eſſe poteſtatiua *l.filius ff.de condition.reſtitut.* vtcunque impletu facillima ſit, vt *ibi ad idem in ſimili l.Nepos Proculo de verb.ſignif.* Eleganter *Vaſqu.de locat.* Hinc etiãſi Princeps in procedendo poteſtatis plenitudine vti voluerit, vt quia hoc expreſſit, proceſſus ac ſententia eiuſdem ex defectu duntaxat à iure naturali prouenientе, & tollente defenſiones & cauſſæ cognitionem, ac naturalem iuſtitiam eradicante, non autẽ ex defectu iuris poſitiui impugnari poterunt, quod ciuilis ratio ciuilia, non autem naturalia corrumpere poſſit, *per ſuprà allegata Abb. conſ.93.col.4.lib.2.& Dec.conſ.689.* dum voluit Principem obligari ex his, quæ ſunt de iure gentium, quia de huiuſmodi iure procedit illud, ſemel locutus eſt DEVS &c. Et quod ſcripſi, ſcripſi. Dum autẽ defectus Citationis propter defenſionem à iure gentium & diuino procedat *Gen.c.3.ibi Adam vbi es? & c. omnipotens 2.q.1. Fel. in c.cum olim col.8.in princ.de re iud.* ſi Citatio ab ipſo Principe omitteretur, ſentẽtia eius redderetur inualida *d. clem. Paſtoral.& Vant. tit. An qua ſentent. poſſ. dic. null. nu. 14 per copioſè ibidem allegata.* Quod idem foret, ſi à Principe cauſſæ cognitio omitteretur, quia ſententia ipſius Principis abſque cauſſæ cognitione lata reputatur iniuſta & inualida *Vant.d.tit.An qua. ſentent.poſſ.dic.null.n.15.per ibi allegata.* Et clauſula ex certa ſcientia non operatur niſi circa ea, de quibus Princeps præſumitur habere ſcientiam, vt ſunt illa quæ in iure, ſecus in his, quæ in facto conſiſtunt, quia talia præſumitur ignorare, *Bald.in l.final.C.ſenten.reſcind.non poſſ.* Quid? quod clauſulæ ex certa ſcientia & de poteſtatis plenitudine parum operentur, quando parte non vocata & abſque cauſſæ cognitione proceſſum fuit *Socin.conſi.164. viſa bulla col.3.verſ.ſed omnia lib.2.& Dec.conſ.544.num.28.& 29.lib.4.*

Et quod ad clauſulam, ſupplentes omnes & ſingulos defectus ſi qui interfuerint, attinet, huiuſmodi ſuppletio reſtringitur ad defectus iuris poſitiui duntaxat, nec ſe ad defectus iuris naturalis extendit *Vant.d.tit.An qua ſenten.poſſ.dic.null. nu.17.per ea, quæ ibi allegat.* Neque igitur ad defectum Citationis *per ſupra allegata.*

Reliquas nullitates, quæ ex defectu Proceſſus oriũtur *vide apud Vant.tit.de Nullitat.ex defect.Proceſſ.* Supereſt, vt de nullitate ſententiæ pauca ſtrictim leuiq; quod dicitur, brachio attingamus. Hęc propter omiſſam debitam ſolennitatem contingit, vel quia condemnationem aut abſolutionem per ſe vel æquipollens non continet *l.præſes ibique notat.C.de ſentent.& interlocut omn iudic.l. Ait prætor l.præſes l. in ſumma ff.de re iudic.* Vel ſi ſit lata à iudice ſtante ſeu procedente, & non ſedente pro tribunali *Bart.& Bald.in l.1.C.de ſenten.ex breuic.recitand.* Cæteras nullitates ſententiæ *vide apud Vant.d.tit.Nullitat.ex defect.Proceſſ.à num.99.vſque ad fin.*

Proximum nunc eſt, vt diſpiciamus, quis ſit Iudex nullitatis Competens, ſiue

coram

coram quo poſſit & debeat nullitatis cauſſa proponi. Non niſi ſub ſequentibus adhibitis diſtinctionibus quæſtio iſta commodè decidi poterit. Aut enim agitur de nullitate eorum, quæ fiunt extra iudicium puta contractuum, teſtamentorum, & ſimilium. Aut de nullitate eorum, quæ in iudicio peraguntur, ſicut hanc principalem diſtinctionem ſiue potius diſtributionem poſt alios à ſeſe allegatos facit *Vant. tit. Coram quo poſſ. & debeat nullit. propon. num. 1. quem ſequitur Mynſing. cent. 5. obſ. 92 num. 3.* Tametſi prius illud propoſitæ diſtributionis membrum ad præſens Tractatus huius noſtri inſtitutum propriè non pertineat, ſiquidem non eas, quæ extra Iudicium in contractibus & teſtamentis euenire ſolent nullitates, verum propriè iſtas, quæ in iudicio eueniunt, nullitates perſequi nobis ſit propoſitum. Doctrinæ tamen conſtituendæ cauſſa & quatenus Nullitatem generaliter accipimus licebit hanc diſtributionem retinere. Ad propoſitum igitur redeundo, nullitas eorum, quæ fiunt extra iudicium coram Iudice ordinario illius loci, in quo huiuſmodi extraiudiciales actus nulliter, (vt cum vulgo mihi ita loqui liceat) celebrati ſunt, proponi debet nihilque tunc aliud petitur, quam actum iſtum ita nulliter vel contra leges Iuris communis, vel Iuris ſtatutarij, vel contra ius non ſcriptum, notoriam nimirum & manifeſtam atque receptam conſuetudinem celebratum declarari nullum, quod declaratio huiuſmodi ſit ſimplicis iuriſdictionis, ideoque quilibet Iudex Ordinarius inter eos, qui ſunt de ſua iuriſdictione conuenienter & competenter eam exercere atque vſurpare poſſit *Vant. d. loc. Mynſ. d. obſ. 92. num. 3.* Et ita quidem ſeſe res habet, cum agitur de nullitatibus extra iudicium.

Cum verò agendum eſt de nullitatibus iis, quæ in iudicio euenire ſolent, tunc ſubdiſtinguendum erit, quod agendum ſit aut de nullitatibus ante ſententiam definitiuam veluti interlocutoriæ aut decreti alicuius, aut de nullitatibus poſt ſententiam definitiuam.

Priori caſu ſubdiſtinguendum eſt iterū, quod nullitatem aut ſeorſum, & abſq; appellatione vel vnà cū appellatione proponamus. Priori caſu quia iudicandum eſt ex iiſdem actis, ne cauſſæ cōtinentia diuidatur, coram eodē iudice proponi debet, coram quo cœpa fuit & pendet controuerſia *Innoc. in cap. dilecto de appellat.* vbi nullitatem hoc caſu coram eodem Iudice & non alio etiam ſuperiore proponendam eſſe *tradit Vant. dict. titul. Coram quo poſſ. & deb. nullitat. propon. num. 2. Mynſing. d. obſ. 92 num. 4.*

Poſteriori autem caſu quando nimirum vnà cum appellatione deducitur & intentatur nullitas, coram iudice appellationis proponi debet, modò nullitas deducatur tanquam grauamen appellationis interpoſitæ, atque illud in ea ſit expreſſum: Si verò nullitas in appellatione interpoſita non foret, Iudex appellationis de ea cognoſcere non poterit, quod non poſſit ſe intromittere neque cognoſcere de cauſſis nominatim in appellatione non expreſſis, & per ſimplicem appellationem ab interlocutoria non deuoluatur nullitas, ſed grauamen duntaxat expreſſum *per notata in cap. vt debitus & capitu. Romana de appellat. Vant. dict. tit. Coram quo poſſ. & deb. nullitat. propon. num. 4. 5. 6. & 7. & Mynſing. dict. obſ. 92. num. 4.*

Quod tamen ſecus eſt in appellatione à definitiua, quia etiam nullitas ad iudicem appellationis tacitè deuoluitur, ſic vt is ſuper vtroque cognoſcere poſſit *per ea quæ ſupra in veſtibulo huius tractat. allegaui. & Franc. poſt Innoc. in d. c. dilecto q. 46.* Et hæc quidē ita ſunt, cum agitur de nullitatib. ante ſententiam definitiuam.

Cum autem nullitas poſt ſententiam definitiuam proponenda eſt, ex communi Doctorum ſententia diſtinguitur, quod proceſſum fuerit aut coram Iudice Ordinario, aut coram Delegato. Si coram Ordinario, & ſententiam nullam prætendens eam principaliter petat ex iiſdem actis reformari prima ſententia pro nulla habita, quod principaliter ex hoc de reformatione, &

inciden-

incidenter de nullitate agatur, ratione huius incidentis quæſtionis nullitas coram eodem Iudice proponetur, & de ea cognoſcetur *Vant. d. tit. Coram. quo poſſeſ. & deb. null. propon. num. 8. Mynſig. d. obſ. 92. num. 6.* Si verò principaliter nullitas deducatur, ac ſententiam declarari nullam petatur, tunc ex communi Doctorum opinione in arbitrio & optione grauati eſt, vtrum nullitatem coram eodem Iudice, an verò coram Iudice appellationis deducere velit *l. Si accuſatoribus ibique gloſſ. in verb. eundem & l. abſentem C. de accuſat. Vant. d. titul. coram quo poſſ. & deb. null. num. 8. Mynſing. d. loc. Gail. 1. obſ. 127. num. 6. & 7.* vbi ex hodierno fori vſu vbique ferè obtinuiſſe ſcribit, vt Iudex appellationis & ſic ſuperior, ſuper nullitate principaliter cognoſcenda adeatur, præſertim ſi nullitas ex iniuria, malitia, turpitudine aut ſordibus Iudicis proueniret.

Hoc enim caſu iniquum foret, vt ipſe ſuæ turpitudinis & iniquitatis cognitor exiſteret. Nam & aliâs conſtat, grauatum ad Iudicem grauantem remitti non debere *l. eos C. de appellat. Vant. dict. tit. Coram quo poſſeſſ. & deb. nullitat. numer. 10. & 11.*

Et hæc quidem ita ſe habent, quando coram Iudice ordinario proceſſum fuit.

Quando autem coram Iudice delegato proceſſum fuit, quia per ſententiam etiam nullam ab ipſo latam Iuriſdictio eius expirauit, cauſſa nullitatis coram eo, vt qui ſe amplius intromittere nequeat, proponi non poterit, verum ad delegantem aut alium ſuperiorem Iudicem eundum erit *l. Si vt proponis ibique notat. Quomodo & quand. Iudic. Van. d. titul. Coram quo null. num. 14. Mynſinger. d. obſ. 92. numer. 7. Gail. d. obſ. 127. num. 5.*

Limitatur hoc primò quod de Iudice delegato diximus, vt non procedat, quando non ſuper toto principali negocio, ſed tantum ſuper illius parte, aut inſtantia, vel proceſſu pronunciaſſet, quia tunc eius officium adhuc duraret, poſſetque inſtar Ordinarij de nouo pronunciare *arg. c. examinata & cap. penultim. extra de Iudic. Vant. d. tit. coram quo null. Mynſing. d. obſ. 92. num. 7.*

Limitatur ſecundò, vt non procedat in delegato Principis, quia ille in hoc æquiparatur Ordinario, & ſi nulliter pronunciauit, iterum pronunciare poteſt *Vant. d. tit. Coram quo null. num 14. per ibi allegata.*

Limitatur tertiò, vt non procedat in delegatis ad vniuerſitatem cauſſarum. Cum enim hi Ordinariis æquiparentur, perinde atque illi ſententias ſuas nulliter latas emendare & corrigere poſſunt *Angel. in l. Iudex ff. de re iudic. Spec. in tit. de offic. Ordin. § 1. verſic. idem Ordinarius ibique Bald. cum aliis, de quibus per Alexand. conſi. 12. viſo colum. 2. in princip. lib. 6. Vant. dict. titul. Coram quo nullit. num. 17.*

Limitatur quartò, vt non procedat in Reuerend. Camerario Auditore generali ipſius Cameræ Apoſtolicæ, vrbis Gubernatore, Vicario, Senatore, Mareſcallo, & Auditore Contradictarum, qui in prædicta Romana Curia pro Iudicibus Ordinariis reputantur *Hoſtiens. in Summ. de offic. Ordinar. in princip. & Specul. eod. titul. in princip.*

Quod eò vſque extenditur, vt, quamuis propriè loquendo nemo præter Papam in dicta Romana Curia dici poſſet Iudex Ordinarius *Archid. in c. experientia 11. quæſtio. 1.* nihilominus tamen ex quo ſunt ad vniuerſitatem cauſſarum delegati, inſtar Ordinariorũ ſententias ſuas nullas reuocare & ex integro pronunciare poſſunt *Vanti. dict. tit. Coram quo nullit. n. 18.*

Sublimitatur hoc, vt procedat tantum in cauſſis, quas ipſi tanquam Ordinarij ac virtute generalis ſuæ delegationis & facultatis cognoſcunt, ſecus verò ſeſe res habet, ſi ex ſpeciali reſcripto commiſſio cauſſæ alicuius illis demandaretur, quod ſtante ſpeciali huiuſmodi reſcripto prima illa generalis commiſſio ceſſare videatur *c. paſtoralis extra de reſcript. verb.*

Nos igitur ad hæc duo totaliter reſpondemus, quod cum generali per ſpeciale

ciale proculdubio derogetur, iuriſdictio per generales litteras attributa, per ſpeciales, quantum ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur, penitus eneruatur, licet de prioribus non faciant mentionem. Et annotauit *ibi gloſſ.* patere hinc, quod ſi vnum reſcriptũ ſit generale, & ſecundum ſpeciale licet nõ fiat mentio generalis in ſpeciali, ſpeciale prævaleat *iunct. capitul. 1. & capit. ſtuduiſti de offic. legat. Vant. dict. tit. Coram quo nullit. numer. 18.*

An autem nullitas coram Executore opponi poſſit, quæſtionis eſt. Et poſſe quidem certum eſt, non quod ſuper illa executor poſſit aut debeat pronunciare, ſed incidentem quæſtionem illam remittere ad ſuperiorem, & interim (ſi de exceptione conſtiterit) in exequendo ſuperſedere teneatur *Vant. d. tit. Coram quo nullit. num. 22. per ibi allegata.*

Cæterum nullitas à die latæ ſententiæ vſque ad triginta annos, & non vlterius proponi ac deduci poteſt *Spec. in §. Quoniam verſ. in ſumma & §. in iuſta in fin. ſub tit. de ſentent. Bald. in l. ſcire oportet §. final. de excuſ. tutor. l. præſes verſ. vlterius quis poteſt C. quom. & quand. Iud. Lanfranc. in cap. quoniam contra in princ. verſ. vnum reſtat videre num. 23. & in § Interlocutoriæ num. 37. extra de probat. Vant. in doctiſſimo illo ſuo & elegantiſſimo Tractatu de Nullitat. tit. Quoties & intra quod tempus de nullitate agi poſſit, n. 8. verſ. ſi verò nullitas Mynſing. cent. 5. obſ. 92. num. 2. Gail. 1. obſ. 127. num. 8. Hermanus Vulteius meus in Academia Marpurgenſi præceptor lib. 2. Iuriſprudent. Roman. capit. 33. numer. 58. Andreas Knich. in Commentar. in Ius Saxon. pag. (mihi) 303.* Quod intellige ſi in modum actionis proponatur, vt *allegati DD.* declarant, ſi enim per viam exceptionis proponatur nullitas eam in perpetuum opponi poſſe *Vant. in d. titul. quoties & intra quod temp. num. 8.* per rationem hanc, quod annalia ad agendum ſit perpetua ad excipiendum, quod DD. communiter aſſerere ſolent per *l. purè 5. §. final. de except.* vbi non ſicut de dolo actio, inquit, Paulus Iuriſconſultus, certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda eſt.

Nam hæc perpetuò competit, cum actor quidem in ſua poteſtate habeat, quando vtatur ſuo iure. Is autem, cum quo agitur, non habeat poteſtatem, quãdo conuenitur. Vnde intelligitur, Iuriſconſultum expreſſe loqui de ea exceptione, quæ adminiculante actionis via proponi non poteſt. Cum enim tunc in rei poteſtate non ſit agere, ſed agentem expectare, eiuſque actionem excipiendo elidere.

Eo namque caſu rectè perpetua dicitur: Longè autem ſecus res ſeſe habet, quando in rei arbitrio & optione à lege relinquitur, velitnè illud ipſum, in quo intentionis ſuæ fundamentum ponit, per modum actionis, an verò per viam exceptionis proponere, ſic vt poſt Caldam *in l. ſi curatorem verſ. infra legitimum tempus num. 15. C. de in integr. reſtitut. Minor.* vbi infert de reſtitutione in integrum, ſiue per viam actionis ſiue exceptionis proponatur, ſemper intra quadriennium illam petendam eſſe eleganter conſiderat *Andreas Knich. in d. ſuis Commentariis pag. 304.*

Quo ita conſtituto, cum nullitas tam per viam actionis, quam exceptionis proponi poſſit, in reique poteſtate ſit, vel agere vel excipere de nullitate, concludendum eſt, ſupra traditam theoricam, quod nullitas intra triginta annos proponi debeat, eoque tempore elapſo vlterius quis non audiatur, tam de exceptionis quam actionis via veram eſſe *Andreas Knich. dict. pag. 304.* vbi hiſce verbis, *Haud diſſimili*, inquit, *argumento, ſtatuendum eſt de nullitate, quæ quia dupliciter proponi poteſt, & in poteſtate eam deducentis reſidet, concludendum poſt triginta annos ei nec agendo nec excipiendo locum dari. Hæc Andreas Knich.*

Quod multo ante ipſum tempore magnum illum, magnum autem? imo maximum olim Germaniæ Iuriſconſultum Ioannem Oldendorp. conſideraſſe puto

puto in *doctiſſimo ſuo Enchiridio exceptionum forenſium ſub tit. Exceptiones & remedia aduerſus iniuſtam ſententiam ſection.4.* Cum ius allegandæ nullitatis, inquit, aduerſus ſententiam inualidam introductum eſt duplici vſu: Altero vt agatur vel excipiatur de nullitate petendo eam declarari nullius eſſe momenti. Idque licet intra triginta annos.

Altero vt coniungatur cum appellationis formula &c. Audiſne? quod actionem & exceptionem diſertis verbis coniungit, eamque licere intra triginta annos proponere ſcribit. Neque aduerſabitur quicquam, ſi obiicias; Iuriſconſultus Paulus *in d.l. pure §. final.* loquitur de actione doli & exceptione doli. Iam verò de dolo tam agere, quam excipere licet, id quod nemo negat, quin imò omnibus conſtat, legibus & actionem & exceptionem doli dari. Idque tantò magis, quod Vlpianus Iuriſconſultus *in l.2. in princ. ff. de dol. except.* expreſſis verbis atteſtetur, palam eſſe, hanc (intelligi doli mali) exceptionem ex eadem cauſſa propoſitam, ex qua cauſſa propoſita eſt de dolo malo actio. Ex ratione igitur allegata noſtra, quod nimirum exceptio tum demum perpetua ſit, quando adminiculante actionis via proponi non poteſt, ſi verò actionis ſimul via parata & in promptu ſit, exceptio eodem, quo ipſa actio, circumſcribatur temporis ſpacio, & verò de dolo, ſicut dictum eſt, tam agere quam excipere liceat, dicendum videbatur, Iuriſconſultum Paulum *in d.l. Purè fina.* reſponderi oportuiſſe, quo tempore finitur actio de dolo, eodem exceptionem quoq; doli finiri debere. Cum autem actio doli continuo biennio ſit circumſcripta *l. final. C. de dol. mal.* exceptione doli quoquè perpetuò opponi non poſſe, ſed continuo biennio, perinde vt eſt ipſa actio de dolo circumſcriptam eſſe oportere. Iam verò Paulus Iuriſconſultus expreſſis verbis ita reſpondit: Non ſicut de dolo, inquiẽs, actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda eſt. Nam hæc perpetuò competit. Hucuſque Paulus, etiam in milleſimum annum *Papon. 2. notar. cap. 3. fol. 014. vt ex eo ad d. §. final. annotauit Dionyſius Gothofredus in notis.*

Ex quo dicendum videri queat eam Doctorum communem theoricam quam *ex d. §. final.* tradunt, quod nimirum annalia ad agendum perpetua ſint ad excipiendum, indiſtinctè veram eſſe, &, ſi hoc ita vt maximè nullitas per modum actionis intra triginta annos & non vlterius opponi poſſit, iiſdem tamen temporis metis atque limitibus exceptionem nullitatis circumſcriptam non eſſe, verum perpetuò opponi poſſe, *vt & communis poſterum ſchola profitetur.*

Etenim nodus hic ſequentem in rationem facilè diluitur. Diximus tum demum actionem & exceptionem eodem temporis ſpacio circumſcribi, quando in poteſtate rei eſt, vtrum actionem an verò exceptionem proponere velit, id quod *d. §. final. l. Purè* manifeſtè arguit. Iam verò exceptio doli non aliter, quam actione prius aliqua intentata, opponi poteſt quam ſæpiſſimè, & ferè vt plurimum, vt ita loquar, ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Exceptio enim doli mali generalis eſt, & propterea cum omni exceptione concurrit, hoc eſt, loco cuiuſlibet exceptionis generaliter opponi poteſt, ſpecificanda tamen per articulos illa exceptione, quæ competit ex facto *Iohannes Oldendorp in Enchirid. Exception. tit. exceptio doli mali & metus. VVeſenbec. in paratit. ff. h. t. num. 1.* vbi latiſſimè patere exceptionem doli, & ex omnibus in factum exceptionibus oriri tradit. Nam & generalis dicitur *l. 4. §. Metus cauſſa 33. verb. contentus doli exceptione*, quæ generalis eſt *Et l. 2. §. 5.* Vbi Vlpianus Iuriſcõſultus Et generaliter inquit, ſciendum ex omnibus in factũ exceptionib. doli oriri exceptionẽ, quia dolo facit, quicunq; id, ꝙ quaquá exceptione elidi poteſt, petit. Nam etſi inter initia nihil dolo malo facit, attamen nunc petendo facit doloſe, niſi ſit talis ignorantia in eo, vt dolo careat, & qui æquitate defenſionis infringere actionem poteſt, doli exceptione tutus eſt *l. 12. ff. de dol. mal. & met. exception.* Et dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt *l. 8. ff. h. tit.* exempla plurima, proponuntur *h. t.* ex quib. apparebit abundè, & liquidò, exceptio-

nem

nem doli vt plurimum non aliter, quam actione prius intentata, opponi poſſe. Quamuis enim vtrobique fraus coarguatur, ex eademque cauſſa proponatur exceptio doli, ex qua cauſſa actio doli proponitur *dict. l. 2. in princip.* magna tamen eſt differentia, vtrum pari ratione dolus proponatur & coarguatur. Actione de dolo coarguitur dolus iam commiſſus ſiue vt actio de dolo intentetur, dolum iam tum commiſſum eſſe oportet, vt verba edicti Prætoris ſatis oſtendunt, quæ talia ſunt. *Quæ dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de his rebus alia actio non erit, & iuſta cauſſa eſſe videbitur l. 1. §. 1. ff. de dol. mal.* in exceptione autem doli generali illa coarguitur dolus non iam antea commiſſus, quam actio intentaretur, ſed qui eo ipſo, quod actio contra Reum intentatur, quæ exceptione elidi poteſt, committitur.

Id quod duobus luce meridiana clarioribus textibus, qui in terminis ita decidunt. planum manifeſtumque facio. Primò *dict. l. 2. §. Et generaliter h. t.* Generaliter, inquit, ſciendum eſt, ex omnibus in factum exceptionibus doli oriri exceptionem, quia dolo facit quicunque id, quod quaqua exceptione elidi poteſt, petit.

Nam & ſi inter initia nihil dolo malo facit, attamen nunc petendo facit doloſe, quod *in §. ſequent.* declarat ſubiecto exemplo creditoris, qui vſuras in futurum accepit, deinde pecuniam nihilominus petit, antequam id tempus prætereat, cuius temporis vſuras accepit. Et doli exceptione ipſum repelli, & poſſe dici dolo eum facere (obſerua quod dicit dolo eum facere, non autem dolo eum feciſſe.) Subiicitur ratio, quòd accipiendo vſuras diſtuliſſe videatur petitionem in id tempus, quod eſt poſt diem vſurarum præſtitarum, & tacitè conueniſſe interim ſe non petiturum. Secundò *textu in dict. l. 2. §. 3. cum ſi quis* ſine cauſſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, exceptio vtique doli mali ei nocebit.

Licet enim eo tempore, quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit; tamen dicendum eſt, eum, cum litem conteſtatur, dolo facere, qui perſeueret ex ea ſtipulatione petere. Etſi, cum interponeretur, iuſtam cauſſam habuit, tamen nunc nullam idoneam cauſſam habere videtur. Proinde & ſi crediturus pecuniam ſtipulatus eſt, nec credidit: & ſi certa fuit cauſſa ſtipulationis, quæ tamen aut non eſt ſecuta, aut finita eſt: dicendum erit, nocere exceptionem. Notentur diligenter verba: licet eo tempore, quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit, tamen dicendum eſt eum cum litem conteſtatur, dolo facere. Quid? quod ſecundò diſtinguendum omninò ſit inter generalem ſignificationem doli mali, qua quælibet ex facto oriens exceptio denotatur & non niſi actione intentata opponi poteſt, ſic vt in poteſtate opponentis non ſit, quando vtatur ſuo iure, ſed expectare teneatur, donec ab actore conueniatur, & ſpecialem, quando dolum, non qui ipſo facto iam committitur, ſed dolum iam tum commiſſum arguit, ſic vt poſſis pro tuo arbitrio dolum illum vel actione vel exceptione doli propoſita coarguere. Hoc poſteriori caſu quoniam in poteſtate coarguentis eſt, quando vtatur ſuo iure, actio & exceptio doli eodem temporis ſpacio circumſcribuntur, nec exceptio doli perpetuò competit, quo ſenſu accipiendus eſt *textus in l. quæſitum 30. §. final. ff. de pecul.* cum in dolo obiiciendo inquit Vlpianus Iuriſconſultus, temporis ratio habetur.

Fortaſſis enim poſt tempus de dolo actionis non patietur dolum malum obiici prætor, quoniam nec de dolo actio poſt ſtatutum tempus datur. Priori autem caſu accipiendus & interpretandus eſt *§. final. d. l. Purè. ff. de dol. mal. except.* Quo facit, quod *Matthæus VVeſenbecius Iureconſultus incomparabilis ob ſummam* Iudicij *dexteritatem* & *eloquentiam propè ineffabilem in paratit. ff. h. t. numer. 6.* hunc ad modum ſcribit, non autem ſicut de dolo actio, quæ famam violat, certo ſpacio finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda eſt.

Nam hæc perpetuò competit cùm actor quidem in ſua poteſtate habeat, quando vtatur iure ſuo, is autem, cum quo agitur, non habeat, quando conueniatur.

Itaque ea ratione ceſſante, cum in modum actionis quæſtio doli proponi poteſt, perinde vt actio terminatur. Confer etiam, *quæ tradit idem VVeſenbec. in paratitl. Digeſt. de dol. mal. num. 8.* Et quòd in iis exceptionibus, quæ per modum etiam actionis proponi poſſunt, currat præſcriptio, tradunt *Bald. Salycet. & communiter DD. in l. 5. & 6. C. de except. per dict. l. Quæſitum §. vltim. de penultim. & Bald. in l. Sicut numer. 12. & 13. C. de præſcript. 30. annor. & in l. Si ex cautione C. de non numerat. pecun. Felin. in capitul. Si cautio num. 60. de fid. inſtrument.*

Cum autem nullitas tàm per modum actionis quàm exceptionis opponi poſſit, nec qui exceptionem nullitatis habeat expectare teneatur donec ab actore conueniatur, ſed in poteſtate eius ſit, quando iure ſuo vtatur, ex antè iacto fundamento; quod remotis omnibus obſtaculis firmiter poſuimus, actio & exceptio nullitatis triginta annorum ſpacio circumſcribuntur ſiue intra triginta annos, & non vlterius, proponi poſſunt.

Concluſio igitur hæc eſt, quòd ſiue per modum actionis ſiue per viam exceptionis nullitatem proponere velis illud intra triginta annos facere poſſis. Et hæc quidem ita ſe habent ex iure communi.

Limita, vt non procedant, ſi ſtatuto alicuius loci certus terminus ſit aſſignatus & præfinitus, intra quem nullitas deduci debeat. Hoc enim elapſo amplius de ea dici nequit, tàm per modum actionis, quam per viam exceptionis, per diſtinctionem hactenus ſatis ſuperque ſtabilitam & confirmatam. *Andr. Knich. dict. pag. 304.*

Sublimitant nonnulli traditam limitationem, quòd termino à ſtatuto præfinito elapſo nullitas amplius deduci non poſſit, vt non procedat in nullitate notoria, manifeſta, & ex actis reſultante

Hanc enim, etiamſi terminus ille foret elapſus, maximè per viam exceptionis & defenſionis deduci & opponi poſſe tradunt *Alexand. conſil. 225. column. 3. numer. 11. libr. 6. & melius conſil. 82. viſo column. 4. verſicul. non obſtant lib. 3.* quo in ſenſu etiam intelligendus eſt *in conſi. 105. ponderatis column. 2. in fin. lib. 5. Abba. in conſil. 55. lib. 2. Iaſ. conſ. 44. lib. 3. in princip.*

Contrarium, quòd nimirum termino à ſtatuto præfinito elapſo etiam notoria, manifeſta, & promptuaria nullitas deduci nequeat, ſtatuunt *Paul. de Caſt. conſ. 287. ad princip. in 2 dub. & conſil. 303. ſuper column. 2. verſic. Concludo ergo libr. 1. & Aymon. qui illum refert conſil. 179. in cauſſa appell. colum. 2. numer. 4.* Facit, quod voluit *Bald. in l. 1. circ. fin. ff. de hæred. inſtit. & in l. ſcire oportet §. final. & in l. 1. 2. & 3. column. C. de Iur. & fact. ignor. Alexand. poſt Bartol. in l. Facultas in princip. C. de Iure Fiſc. lib. 10. Andr. Knich. dict. pag. 304. vbi adducit Contrad. in l. 1. lim. 7. numer. 67. C. Si de moment. poſſeſſ.* quorum ſententia vera eſt, quòd tempora largius non concedantur *l. accuſaturus de adulter.* & permiſſum ad tempus poſt illud elapſum cenſeatur prohibitum *l. ſi vnus §. 1. ibique Bald. & l. Epiſtola §. vltim. vbi Paulus de Caſtr. ff. de pact. l. ſtatu liberum §. Stichum & l. Titia cum teſtamento §. fin. ff. de leg. 2.*

Sic in Ordinatione ſupremæ curiæ Lipſenſis In der Oberhoffgerichts Ordnung zu Leipzig *Anno 1549.* à laudatiſſimæ & inclytæ memorię principè Mauritio Electore promulgata tit. Die Nullitåt belangende expreſſè ſancitur, vt, ſi quis de nullitate conqueri velit, in proxima Curia Iudici eam proponat & deducat, quod ſi non fecerit, poſtmodum ſit excluſus, nec amplius audiatur. *Andr. Knich. dict. pag. 304.* quo caſu etiam euidens & notoria nullitas cenſetur ſublata *Knich. dict. loco vbi allegat. Contard. in dict. l. vnic. limit. 7. nume. 67. Cacherán. deciſi. 22. numer. 14. cum aliis allegatis à Surdo conſ. 257. num. 6.*

Doch

Doch ſo die Nichtigkeit principaliter] Porrò nullitas non deducitur eodem modo. Aut enim principaliter deducitur, aut incidenter. *Vant. titul. quot & quib. mod. null. numer. 1. Mynſing. cent 1. obſ. 91. Hermann. Vult. lib. 2 Iuriſp. Roman. cap. 33. numer. 58. Petr. Frider. Mindan. lib. de continent. cauſſ. cap. 11. num. 11. Andr. Knich. in commentar. in Ius Saxon. pag. (mihi) 296.*

Principaliter autem nullitas primò dicitur intentata, cum remedium iſtud ac ius dicendi nullum ſolum & à quouis alio remedio ſeparatum, per modum agendi (nobili Iudicis officio ad id implorato) in Iudicio deducitur, veluti ſi agatur principaliter & directò pro declaranda nullitate alicuius ſententiæ vel alterius actus Iudicialis *Vant. dict. titul. Quot. & quib. mod. nullitat. numer. 2. 3. 4. per quam plurima ibi allegata. Mynſinger. dict. obſ. 91. numer. 2. Vult. dict. capitul. 33. numer. 58.*

Hac in ſpecie in Camera Citatio impetrari poteſt, dummodò Iudex, coram quo nulliter ita proceſſum fuit, ſit immediatè Cameræ iuriſdictioni ſuppoſitus *Mynſinger. dict. obſ. 91. num. 3.* Quod ſi tùm euidens nullitas actorum prioris inſtantiæ oſtendatur, quæ in hac poſteriori in Camera intentata reparari non poſſit, veluti ſi ſeculares Iudices de ſpirituali cauſſa ſententiam dixerint, tum vel ante litis conteſtationem atque etiam ex officio ſuper ea pronunciari, & proceſſus ac ſententia annullari debent *Felin. in capitul. cum veniſſent de iudic.* Idque expreſſe ſancit Ordinatio Camer. *part. 2. titul. 34. §.* Vnnd ſoll *verb.* Es were dann Sach/daß ſich auß den Actis Erſter Inſtantz ein offentliche Nullitet befünde/ welche in Anderer Inſtantz nicht ratificirt werden möchte: Alsdann ſollen Vnſer Cammerrichter vnd Beyſitzer auch vor der Kriegßbefeſtigung vnnd ex officio darüber Endtlich zuſprechen vnd zu erkennen/ Gewalt vnd Macht haben. *Mynſing. centur. 5. dict. obſ. 91. nùmer. 3.* Autor noſter *h. part. numer. 4.* Et quod nullitates notoriæ ſiue manifeſtæ ex actis reſultantes non ſolum ad inſtantiam & petitionem atque propoſitionem litigatorum reiici debeant, verum etiam ipſis litigatoribus tacentibus Iudex ex officio ſuo eaſdem quandocunque tollere & reuocare debeat, quod ad ipſius officium ſpectet prouidere, ne fruſtrà litigetur tradit *Vant. in tit. Quis poſſ. dicer. de nullitat. numer. 57. per ibi allegata.* Quod ſi nullitate principaliter ita intentata actor & nullitate deficiat, cauſſa vnà cum condemnatione in expenſas facta remittitur ad Iudicem Ordinarium, ſi verò cauſſa in Iudicio Cameræ retineatur, expenſæ compenſari ſolent *Mynſinger. dict. obſ. 91. numer. 4. 5. & 6.* ſicut in cauſſa Flytauw contra Ducem Megapolitanum factum eſſe atteſtatur, & Autor noſter *h. p. n. 4.*

Secundò nullitas principaliter intentata dicitur, ſi in iudicio cum alio remedio reſcindente, modò æquè principaliter deducatur. *Vant. tit. Quot & quib. mod. nullit. num. 5.*

Sic nullitas & reſtitutio in integrum rectè cumulantur *cap. conſtitutus extra de in integr. reſtitut. Vant. dict. titul. Quot & quib. mod. nullit. num. 7. Mynſing. cent. 2. obſ. 25. num. 1.* vbi hanc ſententiam Aſſeſſores Imperialis Cameræ in cauſſa Eliſæ de Falckenberg contra Iohannem de Falckenberg menſe Februario Anno 1553. ſecutos fuiſſe atteſtatur.

Et vtrumque remedium conditionaliter & diſiunctiuè propter incertitudinem propoſitum intelligitur *Vant. dict. tit. Quot & quib. mod. nullit. numer. 8.* Cum enim actus nullus eſſe declaratur, reſtitutio in integrum euacuatur, & contra, ſi reſtitutio in integrum locum habet, nullitas exhauritur ſiue euacuatur *dict. cap. conſtitutus extra. de in integr. reſtitut.* ſicut totus illius contextus euidenter oſtendit.

Sic nullitas etiam principaliter intentatur, ſi cum appellatione aut remedio attentatorum cumuletur *Vant. d. tit. Quot & quib. mod. null, num. 8.*

Cęterũ quæſtio inter Interpretes haud leuiter controuerſa eſt, ſi hunc ad mo-

Digitized by Google

dum nullitas cum appellatione cumuletur,vt dicatur:Dico ſententiam nullam, &,ſi qua eſt,appello,vtrùm nullitas principaliter an verò incidenter ſit intentata.Incidenter nullitatem intentatam eſſe volunt *gloſſ.in l.1.C.Quand.prouocar.non eſt neceſſ.Mynſing.centur.5.obſ.91.numer.9.Autor noſter h.p.numer.5.Hermann.Vult. lib.2. Iuriſprud.Roman.cap.33.num.68.*

Principaliter hunc ad modum nullitatem intentari volunt *Bart. in l.ſi expreſſim ff.de appellat.Iacob.Butrig.in l.1.C.Quand.prouocar.non eſt neceſſ.ibidemque Iohann. de Imol.colum.6.qui opinionem Iacobi comprobat & defendit Anchar.in clem.1.colum.4.de appellat.* Hanc opinionem de iure veriorem eſſe dicit *Franc.in quaeſt.60.c.dilecto extra de appellat.Iaſ.in l.Titiæ textores §.1.de legat.1.& in l.1.in princ.ff.de iuſtit.& iur.* Hanc ſententiam acriter defendit,eamque tùm de iure veriorem, tùm communiorem eſſe opinionem tradit *Alex.in conſil.2.conſideratis col.pen.verſ.Sed in hoc lib.3.& conſ.225.ponderatis col.6.verſic.præterea lib.6.& communem opinionem eſſe atteſtatur Dec. d.cap.dilecto col.3.num.7.Grau.in conſ.vltim.num.41.vol.2.Vant.d.tit. Quot & quib.mod. nullit.num.11.& ſeqq.Petr.Frider.Mindan.lib.de continent.cauſſar.cap.11. Andr.Knich. in Commentar.in Ius Saxon.pag.(mihi) 296.* qui omnes vno ore vnaque voce communiter docent atque profitentur,hanc ſententiam veram eſſe & communem opinionem,contrariam autem falſam eſſe & ab omni veritate abhorrere. Quibus & ipſe aſtipulor.Cum enim nullitas & appellatio tanquam diuerſa propoſita reperiuntur,vtraque principaliter expreſſa & deducta intelligi debet, *Barto.in d.l.Titiæ textores ff.de legat.1.cum aliis relatis ab Alexandr.conſ.2. columnn.penultim. libr.3. Vant.dict.tit. Quot & quib.mod.nullit.numer.10.*

Et nullitas ita cum appellatione cumulata conditionaliter & diſiunctiuè, non autem copulatiuè propoſita intelligitur. *Vant.dict.loc.Andr.Knich in commentar.pag.297.Petr.Frider.Mindan.in dict.cap.11.num.2.* Appellatio enim quando locum habet,id quod tùm demum fit,ſi actor in nullitate ſuccumbat, euacuatur & circumducitur nullitas,& è contrario quando locum habet nullitas,id quod tùm demum fit, quando actor in nullitate intenta vincit palmamque obtinet, eamque liquidò probat,euacuatur & circũducitur appellatio, ſicut ſupra quoque de nullitate cum reſtitutione in integrum cumulata ex *d. c.conſtitutus extra de in integr.reſtitut.* docue. Et eleganter *Andreas Knich.multæ lectionis & acris Iudicij Iuriſconſ.in d.Commen.in Ius Saxo.pag.297.* hunc ad modum ſcribit: Conditionaliter vel diſiunctiuè admixto prouocationis remedio nullitas deducitur,quando ea mente & intentione deuoluitur vt euincatur ſententia nulla, quo ſubſecuto appellatio circũducta dicitur,& perinde eſt, ac ſi nullitas de per ſe & ſeparatim fuiſſet intentata, deque ea ſola Iudex pronunciare debet, ſi autem nullitas deficeret nec edoceretur,euentualis appellatio procederet,& iniquitatem deducere prouocans non prohibetur, vbi allegat *Contard. dict. limitat. 7. numer. 4.& 10.*

Quid? quod communis ſit Doctorum ſententia, plures actiones eaſque diuerſas in vno eodemque libello,ſi ex diuerſis cauſis ad diuerſa agatur , nec obſtent regulæ prohibitiuæ cumulationem impedientes,æquè principaliter coniungi atque cumulari poſſe *l.ſi idem cum eodem ff.de iuriſdict.omn. Iudic. & Gail.lib.1. obſ.63.num.1.& ſeqq.* Cum autem nullitatis & appellationis remedia diuerſa ſint *l. eos.§.ne temer.in princ.ibique Bald.C.de appellat.* quid obſtabit,quo minus appellationem & nullitatem æquè principaliter intentari aſſeueremus,ſi vna & ſimul tanquam duo diuerſa remedia ad deſtructionem vnius ſententię ex diuerſis cauſſis intententur,præſertim ſi nulla obſtet regula cumulationis prohibitiua , quod cum *Frid.d.loc.* indubitatè omnino procedere planè mihi perſuaſum habeo.

Ampliatur tradita Concluſio, vt diuerſa illa Nullitatis & Appellationis remedia non ſolùm ita in iudicio cumulari poſſint , ſed etiam eodem tempore atque ſimul & ſemel vtraque cauſſa videlicet nullitatis & iniuſtitiæ in-

ſtrui.

Digitized by Google

ſtrui, & ſuper vtraque probationes admitti poſſint *Vant.d.tit.quot & quib. mod. nullit.num.14.* & eodem tempore ſuper vtraque cauſſa videlicet nullitatis & iniuſtitiæ rectè procedatur *Vant.dict.tit quot.& quib.mod.nullit.numer.15.Frider.d.loc.*

Limitatur, vt procedat, dummodò is, qui nullitatem proponit, non contradicat; ipſo namque inſtante ac petente inprimis ſuper nullitatibus cognoſci eaſque reuocari debere, priuſquam de iniuſtitia ac negocio principali cognoſceretur, de nullitate prius cognoſcendum pronunciandumque foret *Facit text. in l.contra maiores C.de inofficios.Teſtament.Lanfranc.in cap.Quoniam contra verſ.Interlocutoriæ num.22.de probat.Vant.dict.tit.Quot.& quib.mod.nullit.n.15.*

Ampliatur tradita Limitatio, vt, ſi Iudex oppoſitione ac proteſtatione huiuſmodi eius, qui nullitatem atque appellationem in iudicio prædicto modo coniunxit, & de nullitate prius, quàm de negocio principali cognoſci petiit, non attenta ad vlteriora procederet, priuſquã de principali negocio quam de nullitate cognoſceret, proceſſus ipſo iure nullus foret, vt volunt *Bald.in l. Tale pactum §. qui prouocauit quæſt.12.circ.fin.ff.de pact.& Franc.in d.c.dilecto q.10.verſ.ſecundo dubitatur.*

Limitatur ampliatio prædictæ limitationis, vt procedat, ſi modò ab huiuſmodi vlteriori proceſſu & tacita exceptionis legitimæ reiectione appellaretur, ſin minus, cum ſit peruerſio cognitionis cauſſæ, & exceptionis repulſio, non foret proceſſus ipſo iure nullus, vt ſingulariter limitat *Vant.d.tit.quot.& quib.mod. nullit.num.16.*

Hucuſque vidimus, quando nullitas principaliter intentetur: Videamus, nunc quando incidenter propoſita eſſe dicatur atque intelligatur.

Incidenter autem primò nullitas in iudicio intentata ac propoſita intelligitur, atque adeò de ea tanquam incidenti & ſecundariò, quod nõ πρώτως & principaliter in iudicium deducatur, cognoſcetur, ſi prima ſententia pro nulla habita ex integro ſuper negocio principali pronunciari ac ſententiam dictam reformari petatur, quo facto principaliter de cauſſa & principali negocio, δευτέρως autem & ſecundariò adeoque incidenter de nullitate ipſius ſententiæ cognoſcetur *c.ad probandum 24.extra de ſententia & re iudic.Vant.dict.tit. quot.& quib. mod. nullit.num.17.*

Secundò nullitas incidenter intentata intelligitur, ſi ſimpliciter commiſſa cauſſa appellationis Iudex examinando appellationem, ſimul de nullitate proceſſus cognouerit, & ſententiam ipſam tam reſpectu iniquitatis, quam nullitatis reformauerit. In appellatione namque generaliter intentata nullitatem quoque comprehendi, in eaque tanquam in ventre claudi *ſuprà* diximus. *Vant. dict.tit.Quot & quib.mod.null.num.18.*

Tertiò nullitas incidenter intentari, ſiue incidenter de nullitate cognoſci dicitur, ſi nullitas per viam exceptionis aut replicationis obiicitur, & in Iudicium deducatur, qui modus & frequentiſſimus & vtiliſſimus eſt *Vant.d.tit.quot & quib.mod.nullit.num.20.& ſeqq.*

Poſteaquam hæc à nobis propoſita ſunt, diligenterque declaratum fuit, quando nullitas vel principaliter vel incidenter intentari in iudicio & proponi intelligatur, videamus nunc, nullitatis principaliter vel incidenter propoſitæ effectus.

Primò autem valdè controuerſum eſt, vtrum nullitas ſeorſum & ſeparatim atque principaliter in iudicio propoſita, executionem latę ſententiæ impediat, an verò minus. Vtraque enim ſententia & iuribus, & rationibus, & autoritatibus non deſtituitur.

Affirmatiua ſententia, quod nullitas principaliter propoſita executionem impediat, ſiue quod pendente nullitate principaliter propoſita executio non fiat, fundamentum iuris habet *in l.ſi prætor §. Marcellus ff.de iudic.* Rationes hæ potiſſimum ab illius ſententiæ autoribus aſſignantur, quod appellatio & nulli-

Digitized by Google

tas æquiparari videantur, ſicut autem pendente appellatione nihil innouari debet *tot.tit.ff.Nil.nouat.pendet.appellat.* item quod per introductionem nullitatis in iudicium, dum de ea diſputatur, litis pendentia effici dicatur, lite autem pendente nihil innouari poſſit,& attentata prohibita ſint *tot.tit.extra vt lit. pendent.& in 6.* Vnde conſtitutum eſt, vt ſi alter eorum,qui ſuper electionibus de ſe in diſcordia factis litigabant,lite pendente moriatur,vel iure ſuo renunciet,ante litem ſuper electione ſuperſtitis finitam ad nouam electionem procedi non poſſit *cap.1.vt lit.pendent.nil innou.in 6.Gulielm.Hanneton.in Proceſſ.Iudiciar.tit.de Litis pendent.& eius effect.*& denique, quod cauſſa nullitatis dicatur habere effectum ſuſpenſiuum *Veſtr.in prax.Rom.Cur.lib.8.cap.1.num.11.verſicu.introducta autem cauſſa nullitatis.*

Tùm haud exigui nominis Iuriſconſulti in hac ſententia commorantur *Bart. Alexand.Paul.de Caſtr.& Iaſ.in l.4.§.Condemnatum ff.de re iudic.ex ſententia Couarruu. Practic.quæſt.cap.24.ſub.num.5.fol.175.ſolum.4.verſ. Quandoque principaliter agitur de nullitate,* vbi ſententiam hanc magis receptam eſſe affirmare minimè erubeſcit *Innocent.in cap.cum olim in gloſſ.Canonicè extra de dol.& contumac.Anton.de Butr.in cap. tenor.num.4.de re iudic.* Negatiua opinio,quod nimirum nullitas principaliter intentata executionem haud impediat,veriſſima eſt, nuſquam enim ſcriptum reperitur,quod nullitatis quæſtio principaliter mota executionem impediat. Et ſanè hæc ſententia veriſſimis iiſque pariter firmiſſimis nitetur rationibus. Cum enim nullitate ita principaliter propoſita per modum actionis incertum adhuc ſit,vtrum actor prætenſam nullitatem ſufficienter ſit comprobaturus, an verò minus,quod iniquius foret, quam ſi nullitas nondum probata legitimè & deducta,ſed propoſita duntaxat ſententiæ latæ executionem retardaret. Id namque foret proceſſum ab eo Recutione ſtatim incipere:id quod iuri manifeſtè refragatur *l.1.C.de execut.rei iudicat.* Quod rectè conſiderauit *Vant.in d.tit.Quot & quib.mod.nullit.num.29.* quando cum nullitas,inquit,in iudicio Ordinario principaliter propoſita deſideret ſententiam,quæ effectualiter nil aliud faciet, quam actum euacuaret,& executionem impediret, ſi in cõtinenti per ſimplicem nullitatis propoſitionem executio impediretur,eſſet dare executionem ſententiæ nondum latæ contra regulas iuris communis *l.1.C.de exec. rei iudic. cum ſimilibus.*

Eamque à Vantio tam pulcrè & ſubtiliter allatam rationem pro defenſione huius ſententiæ rectà quoque viâ ſecum reputauit *Lancellot.in Tractatu ſuo doctiſſimo de Attentatis part.2.cap.17.num.19.* Affertur ſecundo hæc ratio,quod ad ſuſpendendam ſententiam eiuſque executionem iura introduxerint remedium appellationis *l.1.ff.de appellat.* Si igitur lata ſententia per interpoſitam appellationem non fuit ſuſpenſa,quid ni executioni ea mandari debeat, quod parum ſit ſententias proferri,niſi etiam legitimæ executioni committantur *c. quo ad conſultationem extra de ſentent.& re iudic.*

Quid,quod tertiò appellatio interpoſita præſumptionem pro ſententia ceſſare faciat,quod non facit nullitas. Hæc enim probata nõdum eſt, imò vt plurimum,quando ſententia iam tum in rem iudicatam tranſiit,principaliter atque ſeorſum ita intentatur.

Imò hanc ſententiam & plures numero,& autoritate grauiores, & ſaniores Iuriſconſulti mordicùs tenent & defendunt,& executionem ſententiæ latæ ſalua manente quæſtione nullitatis fieri profitentur *Bald.in l.final.in fin. de Ordinat. cognition.& in l.appellatione in fin.C.de appellat.Franc.in d.c.dilecto quæſt.10.verſ.circ.tert. & alij complures,quos referunt & ſequuntur Vant.d.tit.Quot.& quib.mod.nullit.num.29. & Lancellot.dict.capitul.17.numer.27.* Et hanc opinionem tam de iure ciuili,quam Canonico procedere ſcribit *idem Lancellot.dict.capitul.17.numer. 28. per allegatas ibi au-*

Digitized by Google

ibi autoritates. Non obſtant *ſupra* pro contraria ſententia allegata argumēta, quia illa eruditè diluit *Lancellot. in d. c. 17. nu. 32.*

Cum verò nullitas incidenter per viam exceptionis obiicitur, tum, ſi exceptio illa altiorem indaginem non expoſcat, veluti ſi euidens ſit & notoria, & in continenti probari poſſit, executionem impedit *Vant. d. tit. quot & quib. mod. nullit. num. 32. Lancellot. dict. cap. 17. numer. 49. per allegatas ibi autoritates & numer. 98. vbi multa allegat. Gail. 1. obſeru. 113. numer. 1. Maſcard. de probat. Concluſ. 114. num. 12. & 13. per multas ibi adductas pro more autoritates Gabr. tit. de execu. Rei iudicat. Concl. 1. nu. 8.* Quando autem nullitas ad impediendam executionem ſententiæ in continenti probari dicatur, Iudicis arbitrio relinquendum eſſe tradunt *gloſſ. in l. ſi is à quo in prin. in verſ. hodie ibique etiam Bartol. ff. vt in poſſeſſ. legator. Innoc. in c. veniens la 2. poſt princ. & ibi & iam Bald. qui id dicit not. col. 1. verſi. ſed an iſta & Panorm. colum. 5. verſ. vlterius quæritur extra de teſtib. Bald. in l. 3. § idem ff. ad exhib. & in l. ſi ex falſis colum. 3. C. de tranſact. & in l. vlt. circ. med. C. de ordin. cognit. & in l. 2. C. de edict. Diui Adrian. tollend. & in l. 1. C. vt in poſſeſſ. legator. & in c. conſtitutus in fin. extra de appellat. & Petr. Iacob. tit. ſuper l. fi. C. de Edict. Diui Adrian. tollen. in 2. libell. col. 2. & Guid. Pap. deciſ. Delphin. 132. ſed probato col. 1. ver. ſed nunc inſurgit.*

Porrò de nullitate principaliter intentata tradita Concluſio, quod illa executionem haud impediat, varias recipit limitationes.

Primò enim limitatur, vt non procedat, ſi Iudex nullitatis inhibuiſſet: Tunc enim nullitas etiam principaliter intentata executionem impedit. *Lancellot. d. c. 17. nu. 66.* Quod, quoniam generaliter ille affirmat nulla inter notoriā & non notoriam nullitatem facta diſtinctione, veritati parum conſentaneum puto. Communiter enim DD. diſtinguunt, quod de nullitate aut notoriè conſtet, & in cōtinēti probari poſſit, vt altiori indagine non indigeat, aut non poſſit in continēti probari, verum altiori indagine opus habeat. Priori caſu poteſt inhiberi & impeditur executio, poſteriori inhibitio non permittitur, nec impeditur executio *Bald. in l. ab executore nu. 7. c. quor. appellat. non recipiunt. Franc. in d. c. dilecto quo de appell. Vant. de nullit. tit. quib. mod. nullit. defend. poſſ. nu. 32.* vbi hanc communem eſſe dicit opinionem *Mynſing. cent. 4. obſ. 64.* vbi in vtroque dubio hunc ad modum per Dominos Camerales in ſummo Prætorio in cauſſa Sarleri de Wimpfen cōtra Satler determinatum, atque citationem ſuper nullitate principaliter proponenda, cauſſa appellationis prius deſerta pronunciata, & inhibitionem menſe Septem. Anno 1549. decretam fuiſſe atteſtatur. Cui non obſtat, quod ſcribit *Gail. 1. obſ. 127. n. 5.* inhibitionem vna cum Citatione ſuper nullitate petitā concedi non debere quod ſententia iam in rem iudicatam tranſierit, cuius executio nullitatis prętextu impediri nequeat, etiamſi ſupplicans alleget notoriam nullitatem, quia hoc caſu, cum ſit præſumtio pro ſententia, nudis narratis ſupplicantis non credatur. Nam *ſupra* tradita diſtinctio nihilominus locū habet. Loquitur enim Gail. ſaltē de allegatione nullitatis quæ in cōtinenti probari poſſit, ſi igitur probatur in cōtinenti, & Iudici de ea fides fiat, quid ni inhibitio concedi & executio impediri debeat? præſertim cum ipſe *Gail. d. obſ. 113. num. 1.* exceptionem nullitatis notoriæ contra executionem obijci eamque impedire poſſe atteſtetur.

Limitatur ſecundò, vt non procedat, quotieſcunq; nullitas principaliter quidem intentata, ſed cum remedio appellationis cumulata foret, veluti dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello. Nam & ad hunc modum vtrumque nullitatis & appellationis remedium principaliter intētatum eſſe ſupra euici. idcirco tunc, quaſi nullitas ipſius appellationis, qua cum cōiuncta eſt, naturam aſſumat executio impeditur, & omnia nullitate ita pendente geſta cenſentur attentata & reuocanda veniunt *Vant. d. tit. quot & quib. mod. nullit. nu. 34. per allegatas ibidem autoritates Lancellot in d. c. 17. nu. 70. vbi multa allegat.*

Vnde patet, longe vtilius eſſe nullitatē cū appellatione cumulare, itaq; cumu-

latam proponere, quam ſimpliciter eandem ſolam deducere, id quod ſolertes practici obſeruare ſolent, quandocunque poſſunt. *Vant. d. tit. quot. & quib. mod. null. num. 34.*

Sublimita limitationem hanc primò vt procedat, quouſque cōiunctim proceditur ſuper articulo appellationis & nullitatis, ſecus, ſi deſerta appellatione remaneat ſola nullitatis cognitio *Vant. dict. titu. numer. 35. Lancellott. dict. cap. 17. num. 71.*

Sublimita ſecundò, vt non procedat, quando nullitas altiorem requireret indaginem, quia tunc illa etiam per viā appellationis propoſita non retardat executionem *Lancel. d. c. 17. nu. 77.*

Sublimita tertiò, vt non procedat aliter, quàm vt tùm demum ad reuocationem eorum, quæ pendente hac nullitate per viam appellationis propoſita attentata fuerunt, deueniatur, ſi iuſtificata fuerit appellatio *Lancellott. dict. cap. 17. numer. 78.*

Limitatur tertiò, vt non procedat in executione irretractabili: Tunc enim, licet nullitas principaliter & per viam actionis propoſita ſit, non tamen permittitur executio, tum hoc caſu ceſſet ratio, quamobrem permitti ſoleat executio, quæ eſt, quia ſcilicet in cognitione cauſſæ nullitatis, ſi apparet executionem indebitè fuiſſe factam, poteſt retractari *Bald. in l. ab executione C. quor. appellat. non recip. & in l. 1. col. fin. C. qui accuſar. Vant. d. tit. quot & quib. mod. nullit. num. 31. Lancellot. d. cap. 17. num. 79.* Et quomodo enim in irretractabilibus reuocatio attentatorum locum habere poteſt, vt eſt *deciſ. Rot. 51 alias 53. ſi committatur in fina. verb. de appellat. Lancell. dict. loc.*

Limitatur quartò, vt non procedat, quando proponitur nullitas per eum, qui, dum erat abſens ex iuſta, rationabili, & neceſſaria cauſſa puta Reipub. vel infirmitatis, fuit condemnatus: Talis enim nullitas impedit executionem, & ea pendente non innouatur *Lancellot. d. c. 17. num. 85. per ibi allegata.*

Limitatur quintò, vt non procedat, quando ſimiliter nullitas proponitur per eum, qui, cum eſſet abſens, fuit condemnatus dolo aduerſarij per falſa inſtrumenta *Lancellott. d. c. 17. nu. 85.*

Limitatur ſextò, vt non procedat, ſi peculiare ſtatutum vel conſuetudo foret in aliquo loco, vt dato libello ſuper nullitate impediatur ſiue retardetur executio *Lancellot. d. c. 17. à num. 87. vſque ad num. 91.* De Stylo tamen Curiæ Delphinatis, & de iure Regio in Hiſpania non ſimpliciter permittitur fieri executio, ſed cum hoc temperamento, quod inſtans pro executione teneatur præſtare idoneam cautionem de reſtituendo in euentum ſuccumbentiæ *Lancell. d. c. 17. num. 91.* perinde vt in ſupplicationis materia fieri conſueuit *Auth. quæ ſupplicatio C. de Precib. Imperator. offerend.*

Limitatur ſeptimò, vt non procedat, ſi is, qui principaliter intentauit nullitatem, velit deinde ad impediendam executionem agere per modum exceptionis, quia hoc ei liceat *Lancellot. d. cap. 17. num. 92.* vbi tamen hoc non videri omnino tutum rectè ſubiicit, per id, quod alias dicitur, quod nullitas ſemel vno modo deducta coram eodem Iudice, & ad eundem finem per alium modum poſtea deduci non poſſit *per ibi allegata.* Itaque non eſt, vt quis in hac Limitatione ſibi innitendum putet.

Limitatur octauò, vt non procedat, quando nullitas etiam principaliter propoſita reſpiceret ſententiam latam in poſſeſſorio, quia per huiuſmodi nullitatem ſententiæ illius executio venit impedienda, quod tamen hactenus procedit, ſi modò nullitas altiorem indaginem non requirat *Lancellot. dict. c. 17. num. 95.* Tunc autem exceptio nullitatis altiorem requirere indaginem cenſetur, quādo prolixiorem habet tractatum *per notat. in l. Ille à quo §. de Teſtamento ff. ad Trebell. Iohann. Cephal. in conſi. 4. Illuſtriſſimus num. 15. lib. 1.* & quando continet iuris ſubtilitatem

tilitatem *per gloſſ. in l. 3. § Ibidem ſubiungit ff. ad exhibend.* Item quando ageretur de varijs & diuerſis iuribus, quia concurſus plurium iurium facit, vt res dicatur requirere altiorem indaginem *Hippol. Riminal. in conſil. 69. numero decimoſexto libro primo.*

Limitatur nonò, vt non procedat, quando ageretur, de nullitate alicuius ſententiæ interlocutoriæ, quoniam licet talis nullitas fuiſſet principaliter attentata, tamen ea pendente, ſi quid fiat, non dicitur attentatum, quia ſicut appellatio ab Interlocutoria regulariter non facit attentata, *Lancellot. cap. 12. de attentat. appellation. pendente in prima limitatione*, ita pendentia nullitatis ſententiæ Interlocutoriæ non facit attentata.

Limitatur decimò, vt non procedat, quando cauſſa nullitatis (puta penſionis) fuiſſet primo loco per ſpeciale reſcriptum Papæ commiſſa, quia illius pendentia videtur eſſe ſufficiēs ad impediendam executionem, & viam executiuã vigore litterarum Apoſtolicarũ pro ſolutione penſionis poſtmodum intentatã, ita vt declaratoria lata pendente dicta nullitate ſit nulla. Cuius hæc potiſſimum alligatur ratio, quòd Papa committendo cauſſam videatur reuocare in dubium executionem ſuarum litterarum reſeruationis penſionis, atque ita per appoſitionem manus impedire omnes inferiores, quò minus ad executionem dictarũ litterarum poſſint procedere *Lancellot. d. c. 17. per ibi allegata*, vbi tamen cõtrarium aliquando deciſum fuiſſe atteſtatur.

Limitatur vndecimò, vt non procedat, ſi nullitas proueniret ex defectu iuriſdictionis, quia tunc retardat executionem, etiamſi altiorem indaginem requirat, etiam in caſu, quo ageretur de executione trium conformiũ. Ratio eſt, quòd tunc ſententia non mereatur nomen ſententiæ, & cenſeatur lata à priuata perſona, aliâs ſequeretur hoc abſurdum, quod quilibet poſſet procurare, vt haberet duas vel tres conformes ſententias à tribus priuatis perſonis nullam habẽtibus iuriſdictionem, & eo modo ſub prætextu trium conformium aduerſarium decipere *Lancellot. d. c. 17. nu. 106. & 107.*

Limitatur duodecimò, vt non procedat, ſi allegaretur nullitas ex eo proueniens, quod ſententia eſſet lata per falſas allegationes. *Lancellot. dict. cap. 17. numero 115.*

Limitatur decimotertiò, vt non procedat, ſi exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem opponeretur à tertio etiam ad impediendam executionem trium conformium. Talis enim executio retardatur reſpectu ipſius tertij etiam in caſu *clem. vt calumniis de ſentent. & re iudic. Couarr. Practic. quæſt. c. 15. num. 9.* vbi hanc communem eſſe opinionem atteſtatur *Lancell. d. c. 17. n. 117. & n. 118. Et vide quæ tradit Ant. Gabriel. in tract. comm. concl. lib. 2. ſub Rubr. de execut. rei iudic. concl. 1. nu. 19.*

Ampliatur primò tradita limitatio, vt etiam procedat, vt maximè cauſſa expreſſè commiſſa foret cum clauſula nullitatibus & quauis appellatione remotis. Hæc enim clauſula ad tertij præiudicium ſe non extendit, & propterea ea non obſtante tertius pro ſuo intereſſe comparens nullitatis remedium intẽtare poterit *Vant. tit. quis poſſ. dicer. de nullit. nu. 15. per ibi allegata.* Nulla enim plenitudo verborum in reſcriptis poſita ius tertij tollere poteſt, niſi aliud appareat *Iaſ. in l. à Diuo Pio § ſi ſuper rebus nu. 16. ff. de re iudic. Decius conſi. 664. nu. 7. incip. viſo. Anchar. Butr. & Imol. in c. cauſſam quæ de reſcript. Gail. 1. obſ. 79. nu. 12.* Et reſcripta ita ſunt intelligenda atque interpretanda, vt nemini iniuriã faciant *l. fi. C. ſi per vim vel alio modo l. ex facto ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Et quod prædicta clauſula, remota appellatione, non noceat tertio pro ſuo intereſſe appellanti docet *Bar. in l. . § interdum nu. 4. ff. à quib. appell. non lic.* Sicut in ſimili videmus obligationes atq; inſtrumenta quamuis prægnantia & guarentigiata contra tertias perſonas in iis non cõprehenſas non habere ſolitum fauorẽ nec eo modo executioni mandari poſſe, quo aduerſus perſonas obligatas & contrahentes executioni mandarentur *Innoc. in c. quia 5. de iudi.*

Bald.

Bald.in l.1.col.2.C.Commun.de legat.& alij allegati à Vant.d.tit.quis poſſ.dicer.de nullit.nu.17. Sicut nec ſententia contra tertium ſine cauſſæ cognitione ac nouo proceſſu executioni mandari poteſt vel debet *Vant.dict.loc.per multas ibi pro more cumulatas nullitates.*

Ampliatur ſecundò, vt etiam procedat, vt maximè Reus principaliter conuentus Nullitatis exceptioni renunciaſſet, vel id, quod ab Actore in iudicium deductum fuiſſet, confeſſus eſſet, ex qua quidem confeſſione ſtatim aduerſus ipſum ad executionem procedi poſſet. Hæc namque renunciatio Rei principalis vel confeſſio tertio fraudi eſſe neque poteſt neque debet *Vant.d.tit.quis poſſ.dic.de nullit.num.20.*

Atque hinc eſt, quòd principali non appellante vel appellationem interpoſitam non proſequente, aut appellationi renunciãte tertius nihilominus cauſſam & appellationem proſequi poſſit, cum ſit perſona, vt dictum, principalis, cui ius per interuentionem quæſitum eſt, quod principalis deſiſtendo, tranſigendo, aut renunciando ei auferre non poteſt. *Gail.d.obſ.70.nu.9.*

Ampliatur tertiò, vt Reus pro ſuo intereſſe audiri atque nullitatem obiicere poſſit, etiamſi Reus principalis hoc recuſaret & expreſſe prohiberet *Vant.d.tit.num.21 per l.principaliter la 2. C.de liberal.cauſſ.l.ſententia & l.ſi per luſorio ff.de appellat. Gail.d.obſ.70.num.7* Omnis enim adhærens vel appellans dicitur principalis perſona, non procurator, aut negociorum geſtor. *l.ſi Procuratorio §.ſed ſi alias ff.quand.appell.ſit.* Nam qui ſua intereſſe dicit, propriam cauſſam defendit *d.l.ſi procuratorio §.fin.Gail.d.obſ.70.nu.8.& ſeqq.quem ibi omninò vide.*

Sublimitatur tradita limitatio, vt tum demùm tertia perſona in iudicio comparens, nullitatemque proponens, audiri debeat, ſi conſtet Iudici de intereſſe ita comparentis, quando non vocatus neque ab alio nominatus voluntariè ad cauſſam accedit *l.1.de appellat.recipiend.in prin.c.non ſolet 2.q.6.c.cum inter de elect.c.de his de accuſat.* Sufficit autem, ſi intereſſe ſummariè doceat videlicet per iuramentum vel vnum teſtem *l.à Diuo Pio §.ſi ſuper reb.de re iudic.l.3.§.cauſſa ff.de Carbonian.edict.Vant.d.tit.quis poſſ.dicer.de nullitat.nu.24.&, vt DD.loquuntur*, apparenter. Cùm enim talis probatio intereſſe ſit præambula & præparatoria non autem deciſoria, ideoquè ex communi Doctorum ſententia ſemiplena probatio ſufficit *d.l.à Diuo Pio §.ſi ſuper rebus & ibi Bartol.num.1.ff.de re iudic.Bart.in l.à ſententia ff.de appellat.Bald.in Authent.Hodie num.6.C.eod.& in l.fina.num.42.C.de edict.Diu.Adrian.toll.Angel.in l.ſi ſuſpecta num.1.ff.de inofficioſ.teſtam.Panorm.in c.cum ſuper num.5.extra de ſentent.& re iudic.& Felin.in princ.ibid.num.16.Idem in c.veniens 2.de teſtib.num.13.Marant.part.4.diſtinct.9.num.62.Gail.1.obſ.69.num.5.* Et hæc quidem intereſſe probatio ſummaria propter fraudis & ſuſpicionis colluſionem introducta eſt, ne interuentio malitioſe & ad proceſſum extrahendum fiat *l.ſi ſuſpecta ff.de inofficio.teſtament.* quemadmodum in ſimili, ſi tertius inſtrumentorum vel actorum editionem peteret, non debet audiri, niſi inprimis de ſuo intereſſe doceat *Gail.dict.obſer.69.numer.6.*

Sublimitatur ſecundò, vt tertius ita interueniens nullitatemque proponens cauſſam acceptare debeat & teneatur in eo ſtatu, in quo ipſam repererit *c.fin.vt lit.pendent.lib.6.ibidemque gloſſ.in verb.in illo Anchar.num.4.Philip.Franc.num.4.c.vt circa de elect.eod.libr.Bald.in l.ſi eo tempore in fin.C.de Remiſſ.pignor.& Felin.in dict.c.cum ſuper num.15.de re iudic.Vant.d.tit.quis poſſ.dicer.de nullitat.num.25.Natt.conſ.457.num.1.vol.2.incip.tertius comparens Oldrad.conſ.255.nu.4.incip.contra prouiſionem Gail.1.obſ.71.num.1.vbi id ideò receptum eſſe ſcribit, ne lites multiplicentur, ſed earum breuior ſit finis.*

Sublimitatur tertiò, vt tertius comparens ac nullitatem proponere volẽs audiatur ſi modò non adſit præſumtio malitiæ vel calumniæ, veluti ſi talis veniat ad cauſſam, vt faueat ipſi reo conuento, & cauſſam impediat, atque executionem differat, id quod fieri non debet, neque hoc caſu auditur tertius, ad executionem

Digitized by Google

tionem impediẽdam *arg. c. ſuſcitata extra de in integ. reſtit.* quod quilibet pro ſuo iure atque præiudicio non autem ad vtilitatem & commodũ Rei conuenti principaliter ad cauſſam accedere debeat *Vant. d. tit. quis poſſ. dic. de nullit. nu 27. & 28.* Itaque cautela eſt, vt, quando tertius pro ſuo intereſſe compareт, & Articulos Interuentionales exhibet, Aduocatus partis aduerſæ diligenter eos examinet, vtrùm ad cauſſam principalem ſint pertinentes vel impertinentes & ſi quidem impertinentes adeoque litis differendæ gratia exhibitos eſſe animaduertat, excipiendo petat huiuſmodi articulos reiici *Gail. 1. obſ. 69. nu. 1.*

Sublimitatur quartò & vltimò, vt tum demum procedat, ſi tertia perſona interueniens & nullitatem proponens agere in iudicio poſſit; Excommunicatus enim hoc in caſu non eſt audiendus *c. pia in fin. de except. lib. 6.* Quod intellige quatenus, excommunicatus vt Actor & per modum actionis cauſſam in iudicio proponit, ſecus autem foret, ſi in cauſſa eſſet Reus; quia excipiendo & ad defenſionem ſuper nullitate auditur *Vant. dict. tit. quis poſſ. dicer. de nullitat. numer. 30. & ſequent.*

Diximus ſuprà, Exceptionem nullitatis notoriæ retardare executionem.

Limitatur primò, vt non procedat, ſi quis exceptioni nullitatis antea renunciaſſet *Ang. in l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pact. Franc. in d. c. dilecto numer. 1. 6. quæſtion. 50.*

Ampliatur tradita limitatio, vt non ſolùm de expreſſa, verùm etiam de tacita limitatione intelligi debeat, veluti ſi alicui vigore ſtatuti cuiuſdam certus ad dicendum de nullitate præfinitus eſſet terminus. Hunc enim ſi re infecta, & nullitate non propoſita præterlabi patiatur, iuri ſuo tacitè renunciare cenſetur, ſic vt non poſſit amplius ſuper huiuſmodi nullitati audiri, ſicut *ſupra quoque oſtendi*, vbi etiam in notoria & ex actis reſultante nullitate id procedere dixi, quod & *Lancellotto probatur in d. c. 17. nu. 141.* Et nouiſſimè poſt *Cephal. in conſ. 201. exiſtimo lib. 2. ſecutus eſt Burſat. in conſ. 73. Dominus de Theodoldis num. 5. lib. 1. vbi ſimiliter poſt Nattam in conſi. 120. numer. 14. & 15. libr. 1.* hoc dictum ampliat, vt procedat, etiamſi nullitas eſſet notoria.

Sublimitatur tradita Limitatio quadrupliciter, idque ſequentibus modis.

Primò quidem, vt non procedat, ſi nullitas appareret ex tenore ſententiæ.

Secundò ſublimitatur, vt non procedat, ſi nullitas cauſſaret perplexitatem & repugnantiam.

Tertiò ſublimitatur, vt non procedat, ſi nullitas cauſſaretur dolo aduerſarij.

Quartò ſublimitatur, vt non procedat, ſi cauſſaretur ab incompetentia Iudicis.

His namque in caſibus omnibus non obſtante renunciatione huiuſmodi retardatur executio, ſicut ſublimitationes haſce tradit *Lancellot. dict. cap. 17. num. 142. & ſeqq.*

Limitatur ſecundò, vt non procedat, quando de nullitate (cuius nunc ad impediendam executionem opponitur exceptio) fuiſſet antea in cauſſa principali diſputata, & diſcuſſa, quia tunc non retardat executionem ſentẽtiæ, puta, ſi opponatur nullitas ex eo, quia fuit proceſſum tempore feriarum, vel per procuratorem non habentem ſufficiens mandatum. Quoniam ſi antea fuiſſet diſputatum, an tempore feriarum potuiſſet procedi, & an Mandatum eſſet bonum, & in executione denuo detur exceptio nullitatis antea diſputatæ, illa non retardat executionem *Lancellot. d. c. 17. nu. 160.*

Porrò ſecunda inter nullitatem principaliter aut incidẽter deductam ab adiunctis ſumta differentia hęc eſt. Si nullitas principaliter in iudicio intẽtata fuerit, neceſſe, vt ordinarius Iuris proceſſus ſiue tela iudiciaria ſuper huiuſmodi cognitio

cognitione ſeruetur, quòd officium nobile in hoc iudicio imploretur, & ſententia lata ſit definitiua, ad quam Iuris ordine omiſſo deueniri non poteſt *l.1.C.de liberal.cauſſ.l.fin.C.de re iudic.& l.Prolatam C.de ſentent.Vant.tit.quot & quibus mod.nullit.num.24.& 26.* Cum autem nullitas incidenter per vnum ex ſupra dictis modis in iudicium deducitur, ordinarius Iuris proceſſus non requiritur, ſed de ea tanquã incidenti atque notoria abſque iudiciorum ſolennitate cognoſcitur *Vant.d.tit.quot & quibus mod.nullit.nu.27.per multas ibi adductas autoritates.*

Tertius effectus ſiue potius tertia ab effectu ſumta differentia eſt, quod nullitas incidenter deducta, etiamſi de ea ſummariè fuerit cognitum, non impediat, quo minus iterum in iudicio ordinario atque principaliter & per modum agendi deduci poſſit, quoniam ſententia lata ſuper principali non præiudicat incidenti, de quo non fuit plenè cognitum *l.à Diuo Pio §.ſi ſuper rebus ff.de re iudic.l.pen.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.Iur.l.ſi quis à liberis §.meminiſſe ff.de liber agnoſc.* maximè ſi nullitas ad alium finem deduceretur, quia tunc geſtam primo iudicio non obſtarent in ſecundo *l.& an eandem in prin.ff.de except.Vant.d.tit.quot & quibus mod.null.num.36.& 38.* Atque hinc etiam fit, quòd deſerta cauſſa appellationis, vel ſi renunciatum ei fuerit, etiamſi nullitas, quæ tacitè eidem appellationi inerat, & incidenter videbatur deducta, deſerta, & illi renunciatum eſſe videatur, nihilominus tamen non obſtabit, quo minus eadem nullitas principaliter in iudicio deduci poſſit *Franc.in d.c.dilecto q.10.verſ.ſed aduerte, Vant.d.tit.num.38.* Idemque ſequitur & tenet atque eleganter declarat *Mynſing.cent.2.obſ.77.cum ita ſcribit.* Si appellatio & nullitas ſimul proponitur, deſerta appellatione nullitas quoq; intercidit velut acceſſoria & incidenter propoſita, adeò quòd appellans tali nullitati ſic incidenter & acceſſoriè propoſitæ non poſſit amplius inſiſtere, cum cenſeatur cum ipſa appellatione, velut acceſſorium cum ſuo principali, pariter ſublata eſſe. Sed inde, inquit porrò, non infertur, quòd propterea in alio & nouo iudicio nullitas infra triginta annos non poſſit principaliter deduci, ceſſat enim hoc caſu prædicta ratio, quoniam talis nullitas, quæ principaliter proponitur, nullam habet cohærentiam cum cauſſa principali, nec ad eam acceſſoriè venit, ideoque de vna ad aliam malè infertur. Hæc Mynſinger *in dict.obſ.77.num.5.* vbi allegat *Guid.Pap.conſi.10.& conſ.185.Ferrar.in form.appellat.ab Interlocutor.verb.in hu ſcriptis prouocare,* & hanc diſtinctionem Aſſeſſores Imperialis Cameræ ſecutos eſſe, & ſecundum eam in cauſſa Iohannis Ferber contra Alexandrum Fabri 10.die Decembr.Anno 1550.& poſtea in cauſſa nullitatis N.de Aſbeck contra Raevelde 7.Decembris Anno 1554.decidiſſe atteſtatur *idem Myrſing.dict.obſ.77.num.6.* Idem tradit *Petrus Frider.Mindan.de continent.cauſſar.c.11.num.11.* vbi appellatione deſerta nullitatem, ij incidenter deducitur, deleri quidem, ſed appellantem, ſi velit, poſtmodum principaliter & ſingulariter nullitatem intentare poſſe etiam ad triginta annos.

Cur verò appellatione deſerta principaliter de nullitate agendi ius ſaluum maner. Ratio hæc eſt, quia appellatio & nullitas diuerſa & ſeparata ſunt iuris remedia, & ideo ſublato vno ſupereſt alterum, vſque adeo, vt remota, prohibita, vel deſerta appellatione non intelligatur remota, prohibita, vel deſerta nullitas *Gail.1.obſ.135.num.6.c.inter cæteras ibique DD.extra de ſentent.& re iudic.gloſſ.in c.licet de ſentent.excommun.lib.6.Ang.conſi.107.Philipp.Franc.in c.dilecto quæſt.49.extra de appell.Bald.in l.1.colum.3.C.ne liceat in vna eademque cauſſ.tert.pro vocar.Paul.de Caſtr.in l.final.num.16.ibique Alexand.num.28.& Huber.Zuchard.in Repetit.num.444.C.de Edict.Diui Adrian.tollend.Hippol.de Marſil.in l.vnic.num.196.& 197.C.de Rapt.Virgin.Cæſar Contard.in repetit.l.1.limit.7.C.ſi de momentan.poſſeſſ.appellat.fuer.Vant.tit.quis poſſ.dic.de nullit.num.33.*

Quod eouſque extenditur, vt etiam verum ſit, ſi Princeps cauſſam cum clauſula, remota appellatione, comittat. *Gail.d.obſ.135.num.7.* Hinc, ſi ſummæ ſenten-

tiæ, à

tiæ, à qua appellatum eſt, priuilegio de non appellando conformis non ſit, etiãſi appellationis in Camera ob defectum iuriſdictionis non recipiantur, citatio tamen ſuper nullitate principaliter deducenda abſque inhibitione in Camera decerni & impetrari poteſt *Gail.d.obſ.135.nu.4.* Conſultum igitur eſt, vt impetrantes huiuſmodi priuilegia, ſibi quoque in hunc caſum nullitatis proſpiciant, & ab Imperatore non ſolum iniquitatis, ſed etiam nullitatis ratione, priuilegia de nõ appellando ſub certa ſumma, impetrent *Gail.d.obſ.135.n.8.* De hac quæſtione vide omnino *Dominum Andream Knich in Commentar.in Ius Saxon.ad verb. litis prouocatori neſcium c. 1.per tot, vbi multa haud vulgariter tractata reperies.*

Quarta inter nullitatem principaliter aut incidenter intentatam, eaq; ab adiunctis ſumta differentia, hæc eſt, quòd ſi nullitas principaliter & per modum actionis in libello deducenda ſit, libellus ſit neceſſarius, in quo cauſſa nullitatis exprimi debeat *Vant.d.tit.quot & quib.mod.nullit.nu.49.& ſeqq.* vbi eleganter diſtinguit inter actus ipſo iure nullos, & inter actus ope exceptionis vel per ſentẽtiam annullandos. Vtroque in caſu quomodo Libellus & petitio formari debeãt, formulas ibi traditas, & conſignatas reperies, quò lectorem breuitatis ſtudio remitto; ſi verò nullitas incidenter deduci debeat, nõ eſt neceſſarius libellus *Vant. d.tit.quot & quib.mod.nullit.nu.40.*

Quinta inter nullitatem principaliter aut incidenter intentatam, eaq; ab effectu ſumta, differentia eſt, quòd, ſicut communis eſt Doctorũ concluſio, cauſſa nullitatis principaliter intẽtata totam cauſſam & principale negocium ad Iudicem nullitatis deuoluat, ita vt ſuper meritis cognoſcere, & ſententiam reformare vel confirmare etiam ex noua cauſſa & nouis probationibus poſſit *l. Abſentem.C.de accuſ.l.1.verſi.ſed & ſi huius à qua ſentent.ſin.appellat.reſcind. Bartol. in l.ſicut proponis 1.num.4.C.quomod.& quand. Iud. & in l.ſi expreſſim numer.15.ff.de appellat. & in l.1.num.13.& 17. C.quand.prouocar.non eſt neceſſ. Præſtantiſſimus Vdalricus Zaſius Iuriſconſultus cum veteribus meritò comparandus in l.cum quærebatur num.5.ff.de re iudic. Alex.in conſi.53 in princ.volum.5. Incip. quæritur an ſtante & conſi.79.num. 1.volum.2. Incip.proſpectis verbis, vbi communem dicit, & conſi.97.per tot.volum.6.Incip.viſo themate Franc.in d.c.dilecto nu.80.Vant.tit.quib.mod.ſentent.null. reparar.poſſ.nu.132. & tit.coram quo nullit.propon.poſſ.nu.12.Gail.1.obſ.127.nu.1.Petr.Fride.Mindan.de Continent. Cauſſar. d.c.11.nu.11.Iohann.Emeric.à Rosbach.in Practic.Ciuili tit.72.nu.32.* nullitas autem incidenter intentata cauſſam principalem non deuoluat, ſicut ex hactenus deductis ſatis ſuperque conſtat.

Limitatur tradita concluſio, vt procedat in ſententia nulla errore nõ expreſſo, ſecus autem ſeſe res habeat in ſententia, in qua error expreſſus eſt *Gail. d.obſ. 127.num.3.*

Limitatur ſecundò, vt non procedat in ſententia ex ineptitudine libelli nulla. Hanc enim Iudex nullitatis vel appellationis reformare non poteſt, ſed neceſſariò ſuper illa pronunciare tenetur *c.cum dilecti extra de emtion. & vendit. Gail. d.obſ.127.num.3.*

Limitatur tertiò, vt procedat tantum in appellatione à ſententia definitiua, vt per hanc etiam deuoluatur nullitas, non autem in appellatione ab interlocutoria; hæc enim tantùm grauamen in appellatione expreſſum non autẽ nullitatem deuoluit per ſupra allegata. *Gail.d.obſ.127.nu.4.* Quamuis, quod tanti cum viri bona pace dixerim, hæc limitatio regulæ non quadret ſupra traditæ, quòd cauſſa nullitatis principaliter intentata totam cauſſam & negocium principale ad Iudicem nullitatis deuoluat. Conuenit enim potius regulę illi, quam ſupra attigimus, quòd appellatio cauſſam quoque nullitatis deuoluat, id quod ipſe etiam *Gail.d.nu.4.* haud inuitus concedit verb.

Tertiò limitatur, quòd videlicet cauſſa appellationis deuoluat quoque nullitatem. Verùm quia exceptio ſiue limitatio iſta aliena eſt à regula præmiſſa, aut

omnino iſto in loco ſilentio prætetire, aut in loco conuenienti docere & trade-
re ipſam Gailius debuerat.

V.

Sonder auch ſo viel zu erhalten/daß die Execution vnnd Volnſtreckung der Vrtheil ſo lang eynzu ſtellen biß der Nichtigkeit halben zuvor erkandt.] Appellatione deſerta deſeritur quidem nullitas incidenter propoſita, non autem ea, quæ principaliter fuit deducta. Diximus ſuprà, & poſt alios à ſeſe allegatos pulchrè tradit *Mynſing. cent. 2. obſ. 77.* Sed ſiue incidenter ſiue principaliter nullitas cum appellatione fuerit cumulata, quia appellatio & nullitas diuerſa ſunt iuris remedia, appellatione deſerta, nihilominus nullitatem principaliter & ſingulariter intentare erit integrum per *ſuprà* allegata. *Petr. Frider. Mindan. lib. de Continent. cauſſar. cap. 11. num. 10. & 11.* vbi deſerta appellatione non ſtatim videri deſertam nullitatem æquè principaliter intentatam ſcriptum reliquit poſt *Bartol. in l. ſi expreſſim nu. 10. ff. de appellat.*

Quod autem hîc dicitur, inhibitionem tantiſper concedendam adeoque executionem retardandam eſſe, dum de nullitate cognitum atque pronunciatum fuerit, id cum hac moderatione accipiendum eſt, ſi nullitas fuerit notoria per ſuprà allegata in caſu namque notoriæ nullitatis inhibitionem concedi & executionem eò vſque ſuſpendi, dum nullitas fuerit diiudicata, *ſuprà* ſatis luculenter docuimus.

Quò etiam Autor noſter reſpexit, cùm theorema à ſeſe propoſitum cum diſtinctione accipiendum intelligendumque eſſe ſcribit. Cùm autem appellatione deſerta etiam vſque ad triginta annos nullitatis quæſtionem principaliter intentari poſſe dictum ſit, vtrum tempus illud à die latæ ſententiæ, an verò deſertæ appellationis computandum ſit, in diſquiſitionem deuocat *Petr. Frider. Mindan. d. lib. de Continent. cauſſar. dict. cap. 11. num. 11.* Communiter DD. à *die* latæ ſententiæ triginta annos iſtos computant, atque hanc in Camera receptam eſſe opinionem tradit *Gail. 1. obſ. 127. nu. 8.* vbi hac cautela Aduocatos & Procuratores Cameræ vti conſueuiſſe ſcribit, quando à ſententia debito tempore non eſt appellatum, aut aliâs ſumma Ordinationi ab priuilegio conformis non eſt, quia tunc excluſi à via appellationis ratione iniquitatis ſententiæ, ſuper nullitate principaliter intentanda ſupplicem libellum pro citatione exhibere ſolent. Pendente namque vno iudicio non currit tempus in alio, cum mora nō ceſſantibus officere non debeat *l. contra 16. C. de inofficioſo Teſtament.* vbi pendente iudicio, ſitnè Teſtamentum iure factum, an verò minus, tempus quinquennale actioni inofficioſi teſtamenti præfinitum non currere reſcribunt Imperatores Valerianus & Galienus hiſce verbis: Contra maiores viginti quinque annis duplicem actionem inferentes, primam quaſi teſtamentum non ſit iure perfectum, alteram quaſi inofficioſum, licet iure perfectū, præſcriptio ex prioris iudicij mora quinquennalis tēporalis non naſcitur, quæ officere non ceſſantibus non poteſt. Cōſtat ex hac Imperatorum deciſione liquidò, cum ſine vlla temporis præfinitione, nulla prorſus diſtinctione adhibita, vtrum iudicium ſuper validitate Teſtamenti diu pependerit an verò minus, quinquennium illud, quod actioni inofficioſi Teſtamenti præſtitutum eſt, ſaluum ſartumq; tectum permanere reſponderint, ſine vlla quoq; diſtinctione vtrum iudicium appellationis multos annos durauerit, an verò minus, nullitatem vſque ad triginta annos etiam poſt deſertam appellationem proponi poſſe. Vbi enim lex non diſtinguit neque nos diſtinguere debemus *vulga. l. de precio ff. de Publicia. in rem action.* Per igitur mihi quā mirandū accidit, quod *Petr. Frid. Mind. Iuriſ. alioqui ſubtiliſſimus d. c. 11. n. 11.* ea quæ de triginta annis proponūtur, intra quos nullitas principaliter proponi debet, citra calumniā. Sic accipiēda putat, nō quòd ſtatuto tēpore puta annis triginta per appellatiōis iudiciū vel fermè vel planè elapſis, integri adhuc alij 30. anni ad introducen-

ducendam nullitatem ſuperſint, in quorum vel penultimo vel poſtremo forſan adhuc agere liceat; ſed quòd prioris iudicij mora tricennali non obſtante, nihilominus tamen nullitatis actio inſtitui principaliter queat, id quod ſine magna cunctatione quam primum facultas eſt, Frider. faciendum putat, atque hunc ſibi ſenſum videri *d. l. contra C. de inofficios. teſtam.* Eorumque conſideratione, ſi appellatio, quæ decem vel viginti annos pependerat, deſerta iudicetur: intra reliquos viginti vel decem ſub præſcriptionis periculo de nullitate agendum eſſe.

Verum hæc Frideri ſententia, quod bona illius cũ venia dixerim, nullo planè fundamento nititur, quin imò *d. l.* Contra ex diametro aduerſatur. Hîc enim nõ diſtinguitur, vtrum iudicium de validitate teſtamenti multos annos pependerit an verò minus, & tamen reſpondetur, quinquennium actionis inofficioſi Teſtamenti ſaluum manere. Generaliter enim verum eſt, moram vnius iudicij alteri obeſſe non debere *d. l. contra.* Nullitatem igitur, etiamſi alias triginta iſti anni à die latæ ſententiæ computentur, etiam deſerta appellatione intra triginta annos intentare erit integrum, ſic vt nullo modo diſtingui debeat, num iudicium appellationis pependerit multos annos, an verò minus, idque ex generali tradita ratione *in d. l. contra 16.* quod mora non ceſſantib. officere non ſoleat. Non igitur obſtat communis illa DD. allegata opinio, quod triginta anni à die latæ ſententia ſint computandi. Hoc enim procedit, quando planè in agendo ceſſatum fuit. Tantiſper igitur deſerta appellatione nullitatem etiam ad triginta annos (quam communem & in Camera receptam opinionem eſſe atteſtatur *Gail. dict. obſ. 127. num. 8.*) proponi poſſe aſſeuerabimus ex intentione noſtra *in dict. l. contra 16. C. de Inofficioſ. Teſtam.* fundata, præſertim cum lex illa generaliter & indiſtinctè loquatur, dum Petr. Frider. Mindan. diſtinctionem ſuam ex iure probauerit, id quod nunquam ipſum facere poſſe planè equidem mihi perſuaſum habeo.

VII.

Daß Cammerrichter vnd Beyſitzer ſo ſorgfeltig nicht des Proceß vnd Nichtigkeit haben.] Ita expreſsè ſancit Ordinatio *part. 3. tit. 34. in princ. verb.* Vnnd ſo der Cammerrichter vnnd Beyſitzer ſolche angezogen Nichtigkeitt nicht der geſtalt erfundẽ / daß dardurch der Parthey in dẽ Hauptſach ein vnwiderbringlich Vnrecht geſchehe / ſolten dieſelbigẽ vorigen Proceß anderer vnfreundlichkeit halber / als nichtig / nit verworffen / ſondern darauff in der Hauptſachen erkannt werden / was Recht iſt. Ratio hæc eſt, quod Camera ſit Conſiſtorium ſummi Principis, Imperatoris nimirum, habens cum eo ex contractu publico & conuentione Statuum concurrentem iuriſdictionem *Gail. 1. obſ. 41. nu. 6. & 1. obſ. 29. nu. 3. & 1. obſ. 42. nu. 3.* In conſiſtorio autem ſummi Principis cauſſisq; coram eo vertentibus non attentatur nullitas, ſed veritas rei geſtæ, cum reiectis ambagibus & rigoroſis Iuris ſubtilitatibus ſolam veritatem amplecti ipſius Excellitati conueniat *Sebaſtia. Vant. in Tractat. de nullitat. Tit. An quæſt. ſentent. poſſ. dic. null. nu. 8. & per ibidem allegata, & notata à Gailio d. obſ. 42. nu. 1. 2. & 3.* vbi eleganter hæc exornat vbi etiam declarat quomodo clauſula in reſcripto Principis poſita, ſola facti veritate inſpecta cognoſcas, intelligi debeat.

Limitatur, vt procedat, modò per nullitatem parti irreparabile præiudicium in cauſſa principali nõ afferatur *Ordin. part. 3. d. tit. 34. verb.* ſolche angezogene Nichtigkeit nicht der geſtalt erfunden / daß dardurch der Parthey in der Hauptſach ein vnwiderbringlich Vnrecht geſchehe *Mynſing. cent. 2. obſer. 93. numer. 2. Autor noſter hic.*

Limitatur ſecundò, vt non procedat, ſi Acta prioris inſtantiæ ita confuſa ſint, manca, imperfecta, & tumultuariè conſcripta, totuſque proceſſus ita inordinatus, vt Iudex appellationis, Camera Imperialis nimirum, in hoc præſenti inſti-

tuto noſtro, animum inde ſuum ſatis informare, & ſtatum cauſſæ controuerſæ percipere non poſſit *Mynſing.d.obſer.93.num.3. Gail.dict.obſ.42.num.6.per c.in præſentia extra de renunciat. Autor noſter hic.* Quo caſu plerunque in Camera etiam ex officio proceſſus annullari ſolet, atq; iniungi litigantibus, vt aptè & ordine procedere debeant *Mynſing.d.loc Gail.d.obſ.42.nu.7.* vbi hoc in caſu omnino ſuper nullitate proceſſus pronunciandum eſſe, quoniam ex his, quę inordinatè ſunt acta, non poſſit ordinabiliter agi *c.qualiter el 1. de accuſat.* & in Camera Imperiali hunc ad modum pronunciari atteſtatur, daß durch Richter voriger Inſtantz nichtiglich gehandelt/procedirt/vnd geurtheilt/vnd vberflüſſig darvon appellirt ſey/& hoc caſu partibus plerumque iniungi, vt in Camera in cauſſa Principali de nouo procedant ſubijcit, licet appendix illa etiam ſilentio prætermitti conſueuerit, vt *ibidem Gail.* annotat. Notandum tamen eſt, hoc caſu acta probatoria illibata ſolere reſeruari *Mynſing.d.loc.& Autor noſter hic.*

Limitatur tertiò, vt non procedat, ſi ex actis tam manifeſta nullitas eluceat, quæ in appellationis inſtantia juſtificari ratificarique nequeat. Tunc enim in Camera Imperiali etiam ante litis conteſtationem & ex officio ſuper nullitate pronunciatur, ſicut generaliter quidem de Iudice appellationis docuit *Felin.in c.cum veniſſent de iudic.& poſt eum Mynſing.d.obſ.93.num.4.* Et in ſpecie de Camera Imperiali diſponit *Ordinat.part.3.tit.34.verb.* Es were dann ſach/ daß ſich auß den Actis erſter Inſtantz ein offentliche Nullität befunde welche in anderer Inſtantz nit ratificirt werden möchte: Als dann ſollen vnſer Cammerrichter vnd Beyſitzer/ auch vor der Kriegsbefeſtigung/ vnd ex officio / daruber endtlich zu ſprechen vnnd zu erkennen gewalt vnd macht haben. Adde *D. Petr. Denais. in Iur. Cameral. in Rubr. Nullitas §.4.*

IX.

Ob aber der Richter auß drucklich ein vnförmlich nichtig Vrtheil beſtetten kundt.] Quæſtionem *hoc in loco* proponit Autor, nùm Iudex, coram quo nullitas intentatur, ſententiam ex aliquo defectu nullam confirmare poſſit. Quin poſſit, nullum debet eſſe dubium, cum communis atque recepta Doctorum ſententia ſit, ſententiam nullam quo ad merita cauſſæ à Iudice nullitatis confirmari poſſe, ſicut atteſtatur *Alex.in conſ.67.viſo themate lib.7.& in conſ.70.perſpectis in prin. lib.2.* vſque adeo, vt verum etiam illud ſit, ſi ex defectu iuriſdictionis nullitas intentaretur *Idem Alex.in conſ.111.viſo themate*, vbi de communi pariter atteſtatur *lib.5.& in conſ.122.viſo proceſſu in fin.lib.2.Guid.Pap.quæſt.214.quæro.Vant.de nullitat.tit. quib.modis ſentent.& proceſſus, qui dicuntur nulli, defendi ſeu reparari poſſint num.132.* vbi poſt allegatam concluſionem *Ægidij 295.in cauſſa mea & concluſ. 481.ſi auditor ſecundæ*, tradit Iudicem ſecundæ inſtantiæ ſuper nullitate primæ ſententiæ, quæ nulla eſt ex defectu ordinis iudiciarij, vel alicuius termini ſubſtantialis omiſſi pronũciantem, ſi repererit ſententiam dictam iuſtam, illam confirmare, eoq; modo pronunciare poſſe, quo pronunciauerat primus Iudex. Et ante ipſum idem docuit *Feli.in c.cum cauſſam col.3.in prin.de re iudi. Adde Gail.1.obſ.127.num.2.* Rectè igitur pars appellata, vel aduerſus quā nullitas intentatur, ſibi cõſulet, ſi cauſſam principalem, in meritis, quam id fieri poterit diligentiſſimè, inſtruat, detq; operam, vt Iudici appellationis vel nullitatis de bono ſuo iure in negotio principali conſtare poſſit. Vt maximè enim tunc ſententia in prima inſtantia lata, ex defectu aliquo, veluti quòd abſq; citatione, aut in die feriato proceſſum fuiſſet, nulla foret, nihilominus tamen, ſi quâ ad cauſſæ merita, ſententiam illam iuſtitiā in ſeſe cõtinere ex actis manifeſtum fore, ipſa à Iudice appellationis vel nullitatis in parte vel in toto, quo ad merita & negocium principale, cõfirmari vel reformari poteſt *arg.l.fi.§.fi.ff.quod mot.cauſſ.l.abſentem C.de accuſ.l.1.§.1.ff.qui ſent.ſine appell.it.reſcind.Bart.in l.ſi expreſſim colum.pen.verſ.Et dico quòd Iudex nullitatis de appellat. Abb.in*

c.cum

cum Iohannes in fin. de fid. Inſtrumentor. Vant. d. tit. quib. mod. ſentent. & proceſſ. nul. repar. poſſ. nu. 129. Quibus argumentis haud dubiè fretus autor quoque noſter idem aſſerit *hic.*

Limitatur vt procedat tantùm in non manifeſta nullitate & quæ in ſecunda ceſſet inſtantia, non autem in ea, quæ in ſecunda inſtantia ratificari & iuſtificari nequeat, & quæ ſit notoria Autor noſter *hic.* Eaque illius ſiue limitatio ſiue diſtinctio tùm iuris communis, tùm etiã Ordinationis Cameræ diſpoſitione confirmatur. Et iuris quidem communis diſpoſitione, quòd ſupra tradita Cõcluſio, qua docetur, Iudicem appellationis aut nullitatis ſententiam nullam ex defectu aliquo; bono tamen in principali cauſſa iure inſtructam ſuffultamque cõfirmare poſſe, ita declaretur vt procedat ſi error non fuerit expreſſus in prima ſententia, & cauſſa talis nullitatis in ſecunda ſententia ceſſet, locum autem non habeat, ſi error in prima ſententia expreſſus ſit, & cauſſa nullitatis in ſecunda ſententia non ceſſet *Alex. conſ. 53. quæritur col. 3. lib. 5. Dec. conſ. 483. pro reſolutione col. 2. nu. 8. Vant. d. tit. quib. mod. ſentent. & proceſſ. null. reparar. poſſ. nu. 132. Gail. d. obſ. 127. num. 3.* Ordinationis autem Cameræ diſpoſitione eadem docetur ſiue limitatio ſiue diſtinctio, ſi totus inſequentium verborum cõtextus diligenter conſideretur: Ea autem verba ita ſeſe habent: Vnd ſo der Cammerrichter vnd Beyſitzer ſolche angezogẽ Nichtigkeitt nit der geſtalt erfundẽ/ daß dardurch der Parthey in der Hauptſach ein vnwiderbringlich vnrecht geſchehe/ ſolten dieſelbigen vorigen Proceß/ anderer Vnförmlichheit halber/ als nichtig/ nit verworffen/ ſondn darauff in der Hauptſach erkendt werden/ was Recht iſt. Vnd ſoll alſo die Nullitét/ ſo incidenter vnd nit principaliter fürgenommen/ neben vnnd mit der Iniquitét zugleich auff alle Termin außgeführt/ vnd in maſſen/ wie oben in Appellationſachen geſezt iſt/ procedirt vnd gehandelt werden. Es wehre dann ſach/ daß ſich auß den Actis erſter Inſtantz ein offenliche Nullitét befünde / welche in anderer Inſtantz nit ratificirt werden möchte: Als dann ſollen vnſer Cammerrichter vnnd Beyſitzer auch vor der Kriegsbeſeſtigung vnnd ex officio daruber endtlich zu ſprechen vnnd zu erkennen gewalt vnd macht haben. Notentur verba in der Hauptſach erkendt werden was recht iſt. Item verba daß ſich auß den Actis erſter Inſtantz ein öffentliche Nullitét befünde/ welche in anderer Inſtantz nit ratificirt werden möchte. Item verb. Auch vor der Krigsbefeſtigung/ vnnd ex officio, darubcr endtlich zu prechen vnd zu erkennen Gewalt vnd Macht haben. Et recordandum hic fuerit maioris declarationis cauſſa, quòd aliquoties in toto hoc tractatu diximus, Iudicem notoriam & ex actis manifeſtè reſultantem nullitatem, etiam parte non petente, ex officio reijcere, de eaque pronunciare poſſe.

X.

Daß er ſolches wol könne.] Supra ſatis ſuperque docuimus, communem eſſe doctorum concluſionem, quòd cauſſa nullitatis principaliter intentata totam cauſſam & principale negocium ad Iudicem nullitatis deuoluat, ita vt ſuper meritis cognoſcere, & ſententiam reformare, vel confirmare etiã ex noua cauſſa & nouis probationibus poſſit; vbi & limitationes illius concluſionis poſitæ ſunt, quò beneuolus lector remittitur.

In ſolchẽ Fall muſte die Erkanntnuß der Nullitét vñ Nichtigkeit vorgehen.] Diximus *ſupra*, ſi is, qui nullitatem proponit, prius de nullitate, quam de negocio principali, cognoſci atque pronunciari petat, audiẽdum ipſum eſſe, & Iudicem priuſquam nullitatis quæſtionem determinauerit, in negocio principali procedere non poſſe, vſque adeo, vt ſi de facto procedat in eo, antequam de nullitate pronunciauerit, proceſſus ſit ipſo iure nullus, *per allegata à me ſupra, & per ea quæ tradit Vant. in tractat. de nullitat. tit. quib. & quib. mod. nullit.*

F 3 Ad

Ad num. XI. & vſque ad Num. XIII.

Ob der Richter auß den erſten Actis in der Hauptſachen erkennen könne.

Quis ſit Iudex nullitatis competens, & quando principaliter aut incidenter [illegible] catur intentata nullitas, quando itemque in deductione nullitatis ordinarius requiratur proceſſus, & quando non requiratur, *ſupra* plus ſatis diximus, quò beneuolum lectorem remittimus. Cæterū nullitas in Camera Imperiali, cuius exemplum meritò omnia bene conſtituta iudicia ſequuntur, alternatiuè [illegible] deducitur, veluti Dico ſententiam nullam, &, ſi quæ eſt, appello, ſic, vt nullitas ſententiæ demonſtrata, appellationem abſorbeat, contra autem, ſi ſententia nullitate laboret nulla, ſed ſaltem iniqua videatur, appellatio ſubſiſtat. Nullitas igitur & iniquitas ſimultaneo hunc ad modum proceſſu, iiſq; omnino terminis, eumq; ad modum, quibusquidem terminis, & quem ad modum, appellationis cauſſa deducitur, expediuntur, excepta nullitate notoriam, & quæ in ſecunda inſtantia ratificari nequeat; Hęc enim, vt aliquoties dictum eſt, etiam ante litis conteſtationem ex officio reijcitur. Hic autem ſimultaneus nullitatis cum querela iniquitatis, ſiue appellatione, proceſſus, propterea ſalutariter introductus fuit, tùm vt Iudici à quo per inhibitionem à ſuperiore ſiue ad quem in cauſſa principali manus ligentur, quò minùs in ea procedere poſſit vlterius, (id quod non fit, per ſuprà allegata in nullitate ſeorſum intentata, præſertim ſi altiorem illa requirat indaginem,) atque adeo executio impediatur, nihilque pendente hoc iudicio innouari poſſit, ſicut eleganter hoc declarat *Vant. de nullitat. tit. quot & quibus modis nullitas num. 32. per c. exhibita ibiq; Imol. de iudic. cap. ſuper quaſtionum in fin. de offic. delegat.*

Eamque ob rem ſolertes practici nullitatem cum appellatione ad prędictum modum, cumulare ſolent *Vant. dict. tit. quot & quibus modis nullit. num. 35.* tum verò etiam vt lites amputentur, & vno eodemq; proceſſu nullitas & appellatio ſimul determinentur *p. 3. Ordinat. d. tit. 34. in princ. & §. 1.* Verba pro noſtri inſtituti ratione huc aſſcribere placet. Ita autem loquitur Ordinatio: Nach dem ſich je zu Zeiten Nichtigkeiten vnd Nullitäten der Proceß oder Vrtheil/ an den Vndergerichten ergangen/ befinden: Wöllen wir/ wo iemands an vnſerm Cammergericht ſolche Nullität oder Nichtigkeit voriger Rechtfertigung oder geſprochener Vrtheil fürzuwenden gedächt/ daß er ſolches ſampt der Klage auff die iniquität/ Beſchwerde vñ Vngerechtigkeit derſelben Vrtheil/ ob er einige zu haben vermeynt/ alternatiue, vnd mit einander gleich eynzubringen ſchuldig ſeyn ſoll/ vnd bitten vber die Nullität zu erkennen/ vnd ob die nit gegründet befunden/ als dann vnd nit ehe auff die andern Klag der iniquität vnd Vngerechtigkeit deß vorigen Rechtſpruchs zu vrtheilen/ ꝛc. Damit der Verzug Zweyfeltiger Rechtfertigung/ ſo an dem Keyſerlichen Cammergericht bißher nach einander hat beſchehen mögen/ abgeſchnitten/ vnnd geferlich Verlengerung vermitten werde: Vnd ſo der Cammerrichter vnd Beyſitzer ſolche angezogen Nichtigkeit nicht der geſtalt erfunden/ daß dardurch der Partheyen in der Hauptſach ein vnwiderbringlich Vnrecht geſchehe/ ſolten dieſelbigen vorigen Proceß/ anderer Vnförmlichheit halben/ als nichtig/ nicht verworffen/ ſondern darauff in der Hauptſach erkendt werden was Recht iſt. Vnd ſoll alſo die Nullität/ ſo incidenter vnd nit principaliter fürgenommen/ melten vnd mit der Iniquität zugleich auff alle Termin außgeführt/ vnd in maſſen/ wie oben von Appellationſachen geſetzt iſt/ procedirt vnd gehandelt werden. Quòd ſi verò ſeorſum, abſque appellatione, intentetur nullitas, cùm ad cauſſas ipſa extraordinarias referatur *part. 3. Ordinat. tit. 3. verb.*

Item Sachen der Nullität wider Proceß vnnd Vrtheil/ in extraordinariis illa, perinde vt id genus aliæ ſimplicis querelæ cauſſæ pertractabitur *dict. tit. 34. §. 2. verb.* Wo aber von Vrtheilen nit appellirt/ ſondern auff die Nullität principaliter

cipaliter vnnd allein geklagt würde/ ſoll derſelben halben in extraordinariis wie in andern der gleichen Sachen ſimplicis querelæ fortgeſahren vnd procedirt werden. Siue autem ſeorſum ſiue vnà cum appellatione, deducatur nullitas, vtroq; caſu cauſſæ nullitatis ſpecificè exprimi debēt à procuratoribus §. *final.* Vnd ſollen die Procuratores die Vrſachen der Nullitdt/ derhalben principaliter oder incidenter gehandelt wirdt/ ſpecificè außzutrucken vnd zu beſtimmen ſchuldig ſeyn.

XVI.

Doch ſolches alles vnangeſehen wirdt am Cammergericht.] Vide elegantem obſeruationem *Domini Andreæ Gailij 75. lib. 1.* vbi eleganter hæc declarat, & vnde pleraque Autor noſter deſcripſit.

Libellus appellationis Nullitatis & iniquitatis Summarius.] Quomodo, ſi nullitas cum appellatione ſimul intentetur, quem quidem modum propter cauſſas ſuprà traditas & vtiliſſimum, & in practica, Camerali præſertim, frequentiſſimum eſſe docuimus, libellus formari debeat, formulam hoc loco proponit Autor. Quomodo autem libellum, ſi nullitas principaliter intentetur, formari oporteat *vide Vant. d. tit. Quot. & quib. mod. nullit. à n. 46. vſque ad n. 85. incluſiuè.* Et hoc ſi ſententia ſit ipſo iure nulla. Quomodo autem, ſi ſententia non ſit ipſo iure nulla, ſed ope exceptionis ac per ſententiam annullari debeat, petitio formanda ſit, *vide eundem Vant. d. tit. Quot. & quib. mod. nullit. à n. 86. vſque ad n. 102.* Et quomodo ſententia nullitatis ſeorſum intentatę formari debeat, vide *eundem Vant. d. tit. Quot. & quib. mod. nullit. num. 107.*

F I N I S.

SOLI DEO GLORIA.

F 4 OTHO-

OTHONIS MELANDRI IVRISCONSVLTI, COMMENTARIORVM CAMERALIVM IN PROCESSVM NOAH MEVRERI

Pars Quinta.

DE ATTENTATIS ET PROCESSV ſuper Inhibitione.

I.

RATIO Continuationis huius partis quintæ cum ſuperioribus ab Autore noſtro proponitur hæc, quòd appellatione apud ſuperiorem introducta (nihil autem intereſt, vtrùm appellatio introducatur ſola, an nullitas cum ea ſimul coniungatur alternatiuè, quod generalis, Cameræ præſertim, practica obſeruat, nam & tunc inhibitioni locum eſſe propter adiunctam appellationem *ſuprà* diximus) ab eo Iudici à quo inhibeatur & quidem per præceptum ſiue clauſula iuſtificatoria *Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de Mandat. cap. 26. in rubr. & numer. 2.* ne vlterius in cauſſa principali procedat, aut attentet aliquid. Cum igitur de appellatione & nullitate hactenus dictum ſit, rectè nunc Inhibitionis & attētatorum doctrinam proponi.

II.

Sondern auch was innerhalb den zehen Tagen.] Attentate non ſolum dicitur Iudex à quo, cum aliquid facit in præiudicium appellationis, appellatione interpoſita, & apud ſuperiorem introducta, verum etiam quæ intra decendium appellationi præſtitutum quando nōdum interpoſita eſt appellatio modo poſtea intra decendium interponatur ab eo in cauſſa principali ſuſcipiuntur, attentata quoq; iudicantur. Vtrumque apertè definitur *in c. non ſolum 7. de appellationi. in 6. in prin.* vbi ita reſcribit Bonifacius Octauus Pontifex: Non ſolum innouata poſt appellationem á definitiua ſententia interiectam debent ſemper (exceptis caſibus, in quibus iura poſt ſententiam prohibēt appellare) ante omnia per appellationis Iudicem penitus reuocari, ſed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter ſententiam & appellationem, quæ poſt modum infra decendium interponitur ab eadem) contingit innouari, ac ſi poſt appellationem eandem innouata fuiſſent *Manfred. in ſuo tractat. de appellat. p. 7. n. 2.* Vnde facile intelligitur, quid ſit &

dicatur attentatum,& quòd iudici à quo pendente appellatione nihil attentare liceat,quod prohibeatur *l.vnic.ff.Nihil innouari appellatione interpoſita.* Et hinc attentatum probatur,ſi quis faciat aliquid, quod prohibeatur appellatione pendente *Ioſephus Maſcard.de probat.concluſ.148.n.1.* Ex quib.conſtat, attentata ante omnia à Iudice appellationis reuocari oportere.

Tradita cóclusio,quòd pendente appellatione nihil innouare liceat,& quòd innouata ante omnia reuocari debeant, ampliatur primò, vt etiam procedat, etiamſi quid lite vel appellatione pendente fiat,quod aliâs citra litem & appellationem pendentem facienti licitum fuiſſet, cùm introductis iis intentatum minusque licitum efficiatur *Maſcard.d.conſ.148.n.1.per allegatas ibi autoritates.*

Ampliatur ſecundò,vt non ſolùm in magno,ſed etiam ne in minimo quidem innouare liceat propter negatiuam generaliter loquentem *Rubr.lite pendente nihil innouari & Rubr.Digeſt.nihil innouari appellatione interpoſita Maſcar.d.concl.148.n.9.*

Ampliatur tertiò,vt etiam procedat, etiamſi contra incertam perſonam & generalis eſſet appellatio.Nam & hoc caſu attentata reuocantur, vt docet *Maſcard.poſt alios à ſeſe allegatos d.concluſ.148.n.13.*

Ampliatur quartò,vt etiam procedat,ſi appellatio coram Notario & teſtib. ſit interpoſita,id quod tota die in Camera practicatur *p.2.Ord.tit.29.§.4.verb.* vor einē Glaubwirdigen vnnd approbirten Notario vnnd Zeugen/ zu appelliren zugelaſſen. Facit *tex.in c.vt debitus de appellat.& c.aliâs,§.biduū 2.q.6.Maſc.d.conc.148.n.16.*

Ampliatur quintò,& eo vſq; extenditur,vt,ſi Iudex à quo poſt appellationem interpoſitam ſententiam exequi vellet, illi impune quis poſſet reſiſtere *Marant. diſputat.1.n.38.per l.Quoniam Iudices C.de appellat.Innoc.Abb.& Felin.in c.ſi quando de offic.delegat.Maſcard.d.concluſ.148.n.18.* Rationem aſſignat *Maran.d.n.38.* hanc, quod poſt appellationem interpoſitam Iudex à quo efficiatur incompetens,dum negocium ad ſuperiorem deuoluitur,ideoque ipſi tanquam incompetenti impunè non pareatur *l.fin.ff.de Iuriſd.c.2.de conſtit.lib.6.Bal.in l.Addictos C.de Epiſc.audient.*

Ampliatur quintò,vt non ſolùm procedat in factis & commiſſis poſt emiſſam appellationem,ſed etiam medio tempore diſputationis ſuper appellatione admittenda vel vel non perpetratis *Maſcard.d.concluſ.148.n.14.*

Limitatur primò, vt procedat in appellatione à definitiua ſententia vel vim definitiuæ habente,non autem ab executione *Ioann.Andr.in c. venerab.52.de ſent.excommunic. Gemin.in d.c.non ſolum col.2.verſ.Item limita Veſtr.in pract.fol.202.an quod dicitur.Hieronym.Manfred.lib.2.de attentat in concluſionib.concluſ.99.*

Sublimita & declara hanc limitationem primam, vt non procedat in appellatione ab exceſſu modi executionis. Hoc enim in caſu reuocantur attentata, quòd propter exceſſum admittatur appellatio, ſicut notant *legiſtæ in l.ab executione C.Quor.appellat.non recip.& c.quò ad conſultationem extra de re iudic.Manfr.d.concluſ.99.* Neque ſufficit in genere expreſſio exceſſus modi executionis, ſed in ſpecie hunc exceſſum exprimi neceſſariò oportet *Lanfranc.ab Orian.in tractat.de expens in verſic.expenſæ Marant.in ſpecul.in tit.de execution.ſentent.in 3.q.Vbertus Zuchar.in l.final.C.de Edict.Diu.Adrian.tollend.n.298.Bald.in d.l.ab executione nu.11.C.Quor.appell.non recip.& alij complures,quos refert & ſequitur Manfred.de attentat.lib.2.concl.100.* vbi de cōmuni opinione atteſtatur contra *Veſtr.in ſua pract.in tit.de appellat.fol.117.*

Limitatur ſecundò in omnibus caſibus,in quibus prohibetur appellatio lege vel ſtatuto.Tunc enim non reuocantur attentata *Gemin.& Franc.in c.non ſolum col.2.in verſ.* Tertiò limita *de appell.in 6.Specul.in tit.de appellat.§.nouiſſimè in 1.col. Maran.in ſpec.in 6.part.titul.de appellat.numer.172.Manfred.de attentat.libr.2.concluſ.36.& concluſ.64.*

Sublimitatur & declaratur, vt his tamen caſibus attentata à ſuperiore per viam querelæ reuocari poſſint *Marant.in Spec.in 6.part.tit.de appellat.num.105.Manfred.d.concluſ.36.*

Limita-

Limitatur tertiò, vt non procedat in appellatione, notoriè friuola, fruſtratoria, & iniuſta. Nam & tunc non reuocantur attentata *c. cum appellationib. 5. de appellat. in 6.* vbi Clemens quartus Pontifex ita reſcribit, cùm appellationibus friuolis nec iuſtitia deferat, nec ſit à Iudice deferendum, ſi Iudex inferior appellationem minus legitimam non admittat, eam, appellatore nihilominus proſequẽte ſuperior de ipſa cognoſcens, cauſſam ad priorem Iudicem (iuxta ſanctiones Canonicas) ſine difficultate remittas, eadem die condemnationem faciens expenſarum. *Spec. in § nunc dicamus verb. item appellatione pendente n. 8. de appellat. Abb. in c. conſuluit de appellat. Franc. in c. vt debitus n. 47. eod. tit.* Generaliter namq; hoc loco notandum eſt, in iis caſibus, in quibus prohibita eſt appellatio, ea, quæ poſt appellationem vel à parte, vel à Iudice à quo, geſta ſunt, tanquam attentata non reuocari, Et in quibus caſibus prohibita eſt appellatio, in illis omnibus ea pendente poſſe fieri executionem *Maſcard. concluſ. 148. n. 32. & 33. Iaſ. conſ. 187. circa primum lib. 2. Barb. conſ. 10. mihi videtur verb. Præterea ſi dicatur lib. 1. Guid. Pap. conſ. 219. n. 2.*

Limitatur quartò, vt, etiamſi, appellatio coram Notario & teſtibus facta, ſit valida, licet non ſit inſinuata Iudici à quò *p. 2. Ord. tit. 29. §. 4.* quo ad reuocationem tamen attentatorum iſta inſinuatio neceſſariò requiratur. Hæc namq́ue ſi om ittatur, attentata, niſi per viam iuſtitiæ, ſi appellans nimirum in cauſſa appellationis obtineat, non reuocantur *Ord. Camer. in titul. 29. §. 4. verb.* So aber ſolche Appellation dem Vnderricher nit inſinuirt/ ſoll dieſelb nichts deſto weniger an dem Cammergericht angenom̃en: doch ſo der Vnderrichter in dieſem Fall/ auff anruffẽ der Parthey mit der Execution oder ſonſt im Rechten fortfahren würde/ ſoll daſſelbig/ daß alſo durch jhn/ ehe vnd zuvor jhme durch das Kayſerlich Cam̃ergericht inhibirt/ gehandelt/ nicht für attentata geachtet/ auch der Appellant derhalben ſuper attentatis nicht gehört/ ſondern puncto appellationis, wie ſich gebühret/ zu proceſſiren vnd zu handeln angehalten werden *Mynſing. cent. 4. obſeruat. 44.*

Limitatur quintò, vt tantum reuocentur attentata ſiue innouata à iudice à quo & à parte, non autem à tertio *Marant. in p. 6. in tit. de appellat. n. 263. notat. in c. cùm teneantur ibiq; omnes Canoniſtæ extra de appellat. Rot. in antiquis deciſ. 58. Afflict. deciſ. 354. n. 21. & 22. Manfre. lib. 2. de attentat. concl. 69. & concl. 95. & lib. 1. de Attentat. p. 9. n. 17. Gail. 1. obſ. 72. n. 6. & 1. obſ. 144. n. 9. Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de Mandat. c. 27. n. 4.*

Limitatur ſextò, vt non habeat locum regulariter in appellatione ab interlocutoria ſententia (intelligo ſimplici, ſed tamen appellabili, quòd ſententia definitiua & interlocutoria vim definitiuæ habens parem vim & effectum in iure obtineant *per allegata ſuprà p. 1. Gail. 1. obſ. 130.* etiam quo ad hunc inhibitionis & Attentatorum punctum *Gail. d. obſ. 144. in princ. & in n. ſeqq.*) cum poſſit in ea procedi, donec inhibeatur *d. c. non ſolum de appellat. in 6. Guid. Pap. deciſ. 436. ver. ſecundò quæro n. 9.* licet ipſa ab interlocutoria appellatio eximat appellantem à iuriſdictione Iudicis à quo *C. dilectus de appellat. c. per tuas de ſentent. excommunic. & cap. licet eod. tit. in 6. Crauett. conſ. 103. viſis n. 6. lib. 1.*

Sublimitatur & declaratur hæc limitatio, vt non procedat locùm ue habeat, ſi iudex à quo dictæ appellationi à ſua interlocutoria detuliſſet. Nam tunc non poteſt ad vlteriora procedere, cùm à ſe omnem iuriſdictionem propter delationem huiuſmodi abdicâſſe cenſeatur *c. cum appellationib. de appellat. in 6. Ioan. Andr. in c. cùm ceſſante aliquis ibi per Francum relati verſ. 5. Limitat. n. 14. de appellat.*

Limitatur ſeptimò, vt procedat in attentato illicito & doloſe, non autem in attentato licito, veluti ſi qui poſſeſſor rei litigioſæ continuando poſſeſſionem ſuam faceret actum aliquem per modum continuationis; Tunc enim quia attentatum non eſt, neque dicitur, reuocationis etiam petitio locum non obtinet *Manfred. lib. 2. de Attentat. concl. 53. gloſſ. in cap. non ſolùm de appellat. in 6. ibi quis vtitur poſſeſſione eodem modo gl. in l. Imperatores § ſi Magiſtratum ſuper verb. ab aduerſ. de appellat. Maſcard. d. concluſ. 148. n. 24.*

Amplia-

Ampliatur & extenditur hæc limitatio ſeptima, vt etiam procedat, ſi quis poſſeſſionem ſuam per modum refectionis continuaret, quia inhibitus etiam reficiens non innouat *Alciat.conſ.100.Alciati cauſſa in fin.num.8.vol.5. Maſcard.d. conclu ſ.148.num.25.*

Vnde intelligitur, cùm quis ius ſuũ proſequitur, atque illud agit, quod facere ſolitus erat, non dici eum innouare neque attentare, quia omne id, quod agit, pertinet ad tuitionem & conſeruationem iuris antea acquiſiti *c.2.vt lite pend.* Ex quibus ita poſitis reſultat hæc limitatio octaua, vt concluſio ſuprà tradita non procedat, quotieſcunque attentata cauſſam principalem concernunt, & ideo lite ſuper turbata poſſeſſione indeciſa pendente, Iudex appellationis poſſeſſori inhibere neq́ue debet neque poteſt, ne cauſſæ principali præiudicet *Gail.1.obſ. 145.num.1.& 2.per ibi allegata,* Vnde in Camera, ſi inhibitio eo caſu iudicialiter per viam ſupplicationis petatur, pronunciari ſolet; Iſt dem Supplicanten ſein begeren/ in der Supplication den N. Tag eynkommen/ beſchehen/ hiemit abgeſchlagen/ vnd mögen ſonſt die Partheyen in der Hauptſachen/ wo ſie wöllen/ fortfahren *Gail. d.obſ.145.num.4.* vbi ita in cauſſa Memmingen contra Pappenheym 16. Septembris Anno 1555. & in aliis multis cauſſis factum eſſe ſcribit. Nemo enim tenetur vel debet dimittere ius ſuum, vel deſiſtere à proſecutione & continuatione ſui iuris vel poſſeſſionis ſuæ propter aliquam contradictionem vel appellationem *Rot.deciſ.321 ſi appellatus circ.med.& deciſ.344.num.1.& 2.in nouis Pariſ.conſ.39.lib.1.Abb. c.1.per illum text.in 3.notab.vt lit.pendent.Manfr.de Attentat.concluſ.6.Gail.d.obſ.146.n.3.*

Limitatur nonò, vt non procedat appellatione deſerta, tunc enim non reuocantur attentata *Philipp.Franc.in c.non ſolum col.2.in verſ.Limita ſeptimò de appel.in 6. Felin.in c.ex parte el.2.in verſ.clauſula appellatione n.9.10.& 17.extra de reſcr.Ferret. Venet. in conſ.118.Manfr.concl.96.& 74.Diſſentit Maſcard.d.concl.148.n.18.ibi allegatus.*

Ampliatur tradita limitatio nona, vt etiam non requiratur præcedens ſententia declaratoria ſuper deſertione appellationis, vt non reuocentur attentata *Manfred.lib.2.de attentat.in concluſ.concluſ.96.*

Declaratur & limitatur poſita ampliatio, vt non procedat in caſu, in quo ex forma ſtatuti, tempora appellationis proſequendæ eſſent vtilia, puta, quia dicat ſtatutum, quod cauſſa appellationis infra triginta dies vtiles expediri debeat. Tunc enim, vt attentata reuocentur, ſententia declaratoria præcedens ſuper deſertione appellationis neceſſariò requiritur, quâ non præuiâ non reuocãtur attentata *Manfr.d.concl.96.*

Sublimitatur poſita limitatio nona, vt non procedat, ſi, deſerta appellatione, antequam appellatus compareat coram Iudice à quo, executionem ſententiæ poſtulando, appellans præueniat, appellationemq́; allegatis impedimentis, coram Iudice appellationis proſequatur. Tunc enim executio poſtea conceſſa reuocabitur à Iudice appellationis per viam attentatorum, vt poſt *Franc in c. ex ratione col.final.q final.extra de appellat.* tradit *Manfr.lib.2.de attentat.in concl.197.*

Limitatur decimò principalis ſuprà tradita concluſio, vt non procedat in his quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſſæ appellationis, veluti ſi pendente appellatione Iudex à quo ſtatuerit terminum appellanti ad recipiendum apoſtolos vel ad proſequendam appellationem, ſiue ad docendum de proſecutione appellationis *Herculan.in tract.de attentat.c.5.n.5.Maran.in ſuo Spec.p.6.2.act.principal. n.205.Manfr.lib.2.de attentat.in concluſionib.concl.73.Maſc.d.concl.148.n.23.*

Limitatur vndecimò, id quod quàm diligentiſſimè notandum eſt vt nõ procedat in iis quæ non pertinent ad iudicium, aut cauſſę proceſſum, & appellationem non contingunt, ſiue nullam cum ea habent connexitatem, ſed ſeparata ab ipſa ſunt. In his enim non reuocantur attentata *Bald.in l.1. C. de bonor. poſſeſſior. ſecund.tabul.ibiq́; Dec.Vital.in tract.clauſular.ſub.clauſ.Nil.nouar. lite pendent.nu.22.in fi. Franc.pulcrè in c.an ſit n.7.& ſequ.extra de appellat. Gemin. & alij in c.non ſolum in §.* [illegible]

verò de appellat in 6. Manfred. lib. 1. de attentat. p. 2. n. 12. p. 4. n. 7. p. 5. n. 2. lib. 2. de Attentat. in concluſionib. concluſ. 231. & concluſ. 241.

Limitatur duodecimò vt non procedat in cauſſa matrimoniali, in qua, ſi lata ſit ſententia, & Iudex, á quo eſt appellatum, inhibeat partibus, ne interim appellatione pendente matrimonium aliud contraherent, non dicitur attentare *glo. in c. 2. in verb. diſtrictius de matrimon. contract. contr. Int. Eccleſ. Manfred. lib. 2. de attentat. in Concluſion. concluſ. 67.* vbi in cauſſis matrimonialibus animarum fauore non reuocari attentata ſcribit. *Maſcard. d. concluſ. 148. n. 22.* Quod idem eſt in Marito, qui in poſſeſſione ſeu quaſi matrimonij eſſet, quod de iure non valebat. Nam & pẽdente lite poteſt ipſi inhiberi, ne cum vxore rem habeat *Maſcard. d. concluſ. 148. n. 22. per ibi allegata.*

Limitatur decimotertiò, vt nõ procedat in cauſſa, Appellatione remota, cõmiſſa. Tunc enim non reuocantur attentata *Vital. ſub clauſula, Nil nouari in verſ. Item, ſi eſt commiſſa. Manfred. lib. 2. de Attentat. in concluſionib. concluſ. 68.*

Limitatur decimoquartò, vt non procedat in debitore de fuga ſuſpecto. Nã is lite etiam pendente capi poteſt, & iſta attentata non reuocantur *Herculan. in Tractat. de attentat. c. 5. n. 8. Spec. in tit. de appellat. in § nouiſſimè in 1. col. Maran. d. 6. p. nu. 166. & notant, omnes in c. cum teneamur extra de appellat. Manfred. lib. 2. de attentat. in concluſion. concluſ. 62. Maſcard. concluſ. 148. n. 21. per multas ibi adductas autoritates.*

Limitatur decimoquartò, vt non procedat in taxatione expenſarum. Hanc enim Iudex inferior ſiue à quo facere poteſt *Milis in repertorio in verb. attentat. & in verb. attentatorum ſententia. Manfr. lib. 2. de attentat. in concluſionib. concluſ. 82.* vbi expenſas procuratorum ſollicitatorum, & aduocatorum taxari ſcribit, & *concl. 119.* vbi taxationem expenſarum, factam appellatione pendente, in viam attentatorum non reuocari atteſtatur. *Petr. Frid. lib. 2. de Mandat. Iudic. c. 27. n. 4.*

Limitatur decimoquintò, vt non procedat in ſequeſtratione fructuum naturalium & ciuilium rei litigioſæ, ſi poſſeſſor ſit homo malę frugi, & dilapidare ſua conſueuerit, & propterea etiam hoc caſu de dilapidatione ſuſpectus ſit aut re litigioſa malè vtatur. Tunc enim, ne iudicium reddatur eluſorium & fruſtratorium, ex quo victor in executione nihil, aut rem planè deterioratam conſequeretur, ſequeſtratio, parte pẽdente, fieri poteſt *l. Imperatores § final. ff. de appellationi. Herculan. in ſuo Tractat de attentat. c. 5. n. 7. Marant. in Spec. 6. p. 2. act. principal. de appella. n. 193. Bart. in d. l. Imperatores ff. de appellation. Soc. in regul. 459 ſequeſtratio in 1. Limitat. Gail. 7. obſ. 147. n. 3. & 4.*

Sublimitatur tradita limitatio, vt non aliter procedat, niſi dilapidatio legitimè probetur. Non enim ſufficit nuda allegatio, ſed probatione opus eſt, ideoq́; petens ſequeſtrationẽ articulos ſuper dilapidatione aduerſarij poſſidentis rem litigioſam coram Iudice appellationis exhibere debet, quibus admiſſis & probatis, non expectata definitiua ſententia, fieri oportet, quod iuris eſt *Gail. d. obſeruat. 147. n. 5.* vbi ita in Camera obſeruari atteſtatur, allegãs præiudicium in cauſſa Broichhagen cõtra curatores filiorũ Nehrendorffs & ſcabinos alti Iudicij Colon.

Limitatur decimoſextò, vt non procedat, ſi ab executore, qui modum iudicationis exceſſiſſe dicitur appellatum ſit iuxta *text. in l. ab executione C. quor. appellation. non recip.* Nã hoc caſu pendente appellatione res mobiles, vel fructus rerum mobilium ſequeſtrari debent *d. l. ab executione Gail. d. obſ. 147. n. 8.*

Limitatur decimoſeptimò, vt non procedat, ſi ſtatuto receptum vel priuilegio conceſſum ſit, quòd in poſſeſſoriis iudiciis appellatio non impediat executionem, ſed victor ſtatim poſt definitiuã in poſſeſſionem rei litigioſæ mittatur, præſtita idonea cautione de reſtituenda re cum fructibus, caſu, quo ſentẽtia per iudicem appellationis foret retractanda *Gail. d. obſ. 147. n. 8.*

Limitatur decimooctauò, vt nõ procedat in appellatione extraiudiciali. In hac enim nõ reuocantur attẽtata, niſi ꝓbata veritate appellationis cauſſæ etiãſi appellãs

Digitized by Google

obtuliſſet ſe in continenti probaturum *Angel.in l.per hanc C.de tempor. appellat. Innocent.in c.cum inter Canonicos ext.de elect.in gl. quæ incipit,non verò ſufficit.* Quo cum conſentit,quòd in nouiſſima Imperij Conſtitutione in Comitiis Anno 1594. Ratiſbonæ habitis promulgata §. Wann aber definitum ſancitumque fuit, ſicut infra dicetur,in Camera Imperiali non aliter decernatur Inhibitio, quàm ſi appellatio ſatis fundata & iuſtificata,lis conteſtata, & ad minimum pars aduerſa audita fuerit.Neq; aliter agitur etiam in appellatione extraiudiciali reuocabūtur Attentata. Et vt attētata in appellatione extraiudiciali reuocentur, requiritur inſuper,adeoq; neceſſe eſt,vt appellatio Iudici & parti fuerit inſinuata. Nam aliâs Iudex & pars in cauſſa ſine metu attentatorum procedere poſſunt, & attentata tanquam ab ignorantibus appellatione tenent *Marant.in Spec.in ſexta parte principali n.391. Anton.de Butr.Imol.Card.Alex.& Franc.in c.ſi iuſtus metus col.pen. in ver. vltim.quæritur extra de appellat. Manfred.lib.2.de attentat.in concluſionib.concluſ.111.*

Sublimitatur tradita Limitatio decimooctaua primò in appellatione interpoſita coram Iudice habente iuriſdictionem *Innoc.in d.c.cum inter Canonicos.* Hanc ego tamen Innocētij ſublimitationem de iure ſubſiſtere minimè poſſe penitus mihi perſuaſum eſt,ſi abſint requiſita illa,quæ *ſuprà* tradidi.

Sublimitatur ſecundò,ſi partes ambæ Iudicem appellationis concorditer eligerent.Nam tunc attentata poſt appellationem ab actu extraiudiciali in continenti reuocantur *Innoc.in d.c.cùm inter Canonicos. Manfred.lib.2.de attentat.in concluſionib.concluſ.110.*

Declaratur tertiò poſita limitatio decimaoctaua,vt procedat in appellatione extraiudiciali,quæ fit à iudice,quatenus Iudex eſt & non pars ipſa. Attentata namq; poſt appellationem extraiudicialem à iudice, non vti à Iudice facta, ſed vti à parte ſunt etiam ipſo iure nulla,ſicuti à Iudice fierent *Card.Alex.poſt.Butr. & alios in c.dilecti el.2 n.2.extra de appellat. Manfr.lib.2.de Attentat.in concluſionib.concl.105.* Confer pro maiori intelligentia huius declarationis,quę de appellatione extraiudiciali tradit *Gail.lib.1.obſeruat.20.*

Limitatur decimononò ſuprà poſita concluſio principalis,vt non habeat locum,quando non datur ſuſpenſio iuriſdictionis. Tunc enim quia non datur attentatum,neq; eſt,quod reuocandum veniat priuilegio attentatorum *Manfr.de Attentat.lib.2 in concluſionib.concluſ.116.Couarruu.in q.Pract.c.23.fol.161.n.1. & n.7*

Limitatur vigeſimò,vt non procedat in factis notoriis.In notoriis enim non reuocantur attentata *Marant.in Spec.6.p.princip.q.2.n.175. Manfr.lib. 2.de attentat.in concluſionib.concl.71. Robertus Lancell.in doctiſſimo ſuo Tractat.de attentat.2.p.c.12.limit.9.vbi n.7.* rationem ponit hanc,quòd appellatio hoc caſu interpoſita regulariter non ſuſpendat iuriſdictionem, nec impediat executionem. Sublimitatur hæc limitatio vigeſima ſex modis,quos vide conſignatos apud *Robert.Lancel.d.limit.9.*

Limitatur vigeſimoprimò, vt non procedat in appellante vero contumace. Pro hoc enim reuocantur attentata *l.ex conſenſu §.final.ff.de appellat. Bart.in l.& poſt edictum § fin.ff.de iud.& in l.properandum in §.ſi quidem C.eod.tit. Bald.in l.1.C quor.appellation.non recipiunt.* Ratio hæc eſt,quòd verus contumax appellare non poſſit *d.l.ex conſenſu §.final.ff.de appellat.* vbi autem appellatio locum non habet, ibi nec attentatis locum eſſe *ſuprà* docuimus.

Reliquas Ampliationes & Limitationes ſuprà traditę concluſionis principalis vide apud *Marant.ſuprà citat.loc. Manfr.lib.2.de attentat.in concluſionib. Herculan.in Tract.de Attentat.c.5. Robert.Lancellot.in Tract.ſuo abſolutiſſimo de attentatis & Innouatis 2.p.c.12 de attentat.appellatione pendente.* Nos præcipuas ſaltem,eaſq; diligentiori declaratione à nobis inſtructas,huc annotare voluimus.

V.

Daß von der Zeit an der Richter zu inhibiren.] Iure quidē cōmunicatū eſt, quod ad inhibitionem Iudex procedere non poſſit niſi cū cauſſæ cognitione, vt nimirū

prius

priùs conſtet de fundata iuriſdictione, de appellationis deuolutione, ſi videlicet ſi prouocatum de graui ſupplicantis præiudicio, vel etiam pro qualitate facti de meritis cauſſæ *c. cum Romana 3. §. Si verò*, vbi ita Pōtifex reſcribit, ſi verò vocatis partibus vel nullatenus, aut non infra decem dies poſt interlocutoriam vel definitiuam ſententiam appellatum fuiſſe, ſeu aliquid aliud ſimile ſicq́; non eſſe per appellationem ad eundem Archiepiſcopum vel eius officialem deuolutum negocium proponatur, iidem (niſi prius ipſis conſtiterit, cauſſam ipſam ad eos totaliter fuiſſe delatam) prohibere, ne in cauſſa illa, vel ne ad executionem procedatur ſententiæ, non præſumant, *de appellat. in 6.* & multò clarior textus eſt *in c. non ſolum 7. §. illa vero eod titul. in 6.* In Camera tamen Imperiali, quoties de iuriſdictione ſaltem ex narratione ſupplicantis conſtat, inhibitio decernitur, ſiue à ſententia definitiua ſiue ab interlocutoria, quæ vim definitiuæ habeat, appelletur *Gail. 1. obſ. 144. n. 1. Mynſ. cent. 5. obſ. 87. n. 7.* Quod tamen ibi indiſtinctè ſcribit de Interlocutoria, appellabili tamen, id intellige cum *Gail. d. obſ. 144. n. 1.* de Interlocutoria, quæ vim ſententiæ definitiuæ obtinet, non autē de Interlocutoria ſimplici appellabili propter *Inſtitutionem Imperij de Anno 94. §.* Wann aber/ *& per ea quæ tradit Gail. d. obſ. 144. n. 4.*

Daß zuuorn vnd ehe der Appellat citirt.] An ad decernendam inhibitionē Citatio partis appellatæ ſit neceſſaria, in quæſtionem venit. Neceſſariam eſſe volunt *Alex. in conſ. 91 col. pen. lib. 2. in l. Titia in fin ff. ſol. matr. vbi hanc communem eſſe opinionem atteſtatur Roland. à Val. conſ. 77. n. 25. vol. 2.* Verùm negatiua & communis eſt, & in Camera Imperiali recepta, in qua ſtatim inhibitio vnâ cum citatione in appellatione à ſententia definitiua interlocutoria vim definitiuæ habente decernitur *Gail. d. obſ. 144. n. 1. Mynſ. d. obſ. 84. n. 7. Petr. Frid. Mind. de Mand. Iudic. c. 26. n. 4.* tùm quòd inhibitio in iure communi, quod innouationem pendente appellatione prohibet, ſit fundata, tùm quòd ex actis aut narratis ſupplicationis aut grauaminis allegatione de meritis cauſſæ citra citationem conſtare poſſit, tùm quòd ſi parte demum citata inhibitio decernenda eſſet, multis ea modis protelari poſſet *Petr. Frider. Mindan. d. n. 4.* tùm quòd appellatio à definitiua vel vim definitiuæ habente ſtatim deuoluat cauſſam ad iudicem appellationis, ad eumq́; reducat ſtatum, in quo erat poſt litis conteſtationem *l. ita demum ibiq́; Bar. & Bal. ff. de Procuratorib. VVeſenb. in Paratitl. Digeſt. tit. de appellationib. n. 10.* tùm verò etiam quòd ex communi Doctorum opinione, appellatio quo ad præſentem cauſſæ ſtatū planè extinguat pronunciatum, quamuis quo ad futurum ſtatum & litis exitū ſuſpendat tantùm *l. 1. ff. ad ſenatuſc. Turpilian.* Cum igitur appellatio extinguat pronunciatum eo, quo dictum eſt, modo, cur inhibitio ſtatim vnà cùm citatione decerni non poſſet? quas duas poſteriores rationes affert *Gail. d. obſ. 144. n. 1. & 2.*

VI.

Im andern Fall iſt entweder von einer Parthey oder definitiua ſentētia.] A ſententia definitiua vel Interlocutoria vim ſententiæ definitiuæ habente, ſi appellatum fuerit, nulla prorſus ratione habita, vtrū Iudex inferior ſiue à quo appellationi detulerit, an verò minus, Inhibitio ad petitionem appellantis in Camera decernitur *Gail. 1. obſ. 144. n. 3. Conſtit. Imperij Anno 94. in Comitiis Ratisbonæ habitis §.* die *Inhibitiones cuius hæc ſunt verba* die Inhibitiones in Appellationſachen belangēt/ Demnach auch derwegen/ ſo beſtendige Richtigkeit bißhero nit geweſen/ wie vnnd wann dieſelbige erkannt werden ſollen: Setzen vnnd ordnen Wir/ wann von einer Endvrtheyl oder vim definitiuæ habente appellirt worden/ es hab gleich der Richter à quo der Appellation deferirt oder nit/ daß indiſtinctè die vom Appellanten gebettene Inhibition erkánnt werden ſoll. Cæterùm eadem Imperij Conſtitutione, quando nō determinatur inhibitio, clarè prouiſum determinatumque eſt.

Primò autē non decernitur Inhibitio, quando interdicto retinendæ poſſeſſionis agitur, & appellatus ſe poſſidere contendit. Hoc n. caſu, cùm appellatus

 commo-

commodo poſſeſſionis fruatur, inhibitio ad inſtantiam appellantis cõcedi non debet, quia nemo prohibetur vti ſua poſſeſſione ẽt appellatione pendente, vt *text. notab. eſt in c. 1. vt lit. pendent. Gail. d. obſ. 144. n. 10.* Et ſupra diximus, ſi attẽtata cauſam principalem concernant, Iudicem inhibere nõ debere *Gail. 1. obſ. 145. per tot. d. conſt. Imper. in Anno 94. d.* §. die *inhibitiones verb.* auſſerhalb der folgenden Fäll/nemblich in poſſeſſorio retinendæ, da der Appellat im Beſitz iſt.

Secundò nõ decernitur inhibitio, ſi iuriſdictio adhuc anceps ſit & dubia *d.* §. die *inhibitiones verb.* Itẽ wann man der Juriſdiction halben noch im Zweiffel ſtehet.

Tertiò non decernitur inhibitio, cum appellatio iure cõmuni prohibita eſt, ſicut *ſuprà* quoque generaliter notatum fuit *d.* §. die *inhibitiones* verb. oder da iure communi die Appellation verloren.

Quartò non decernitur Inhibitio, quãdo à ſimplici Interlocutoria, ſed tamen appellabili, appellatum fuit, niſi euidens periculum in mora ſit, vel damnum irreparabile immineat, quod tamen prius doceri debet *d. conſtit. Imper. in Anno 94.* §. wann aber *verb.* Wann aber vor gemeyner Interlocutori ſo doch appellabilis iſt/ appellirt wird/ſoll alsdann nach Innhalt gemeyner beſchriebenen Rechten nit inhibirt werden/es ſey dann euidens periculum in mora, oder daß darauß damnum irreparabile erfolgen müſte/welche doch zuvor beſcheinet werden ſoll.

Quintò non decernitur Inhibitio in extraiudicialibus appellationibus, priusquàm de iuriſdictione certò conſtet, & appellatio iuſtificata, lis conteſtata, aut pars aduerſa ſaltem audita fuerit *d. conſtit. Imperij in Anno 94. d.* §. wann aber *verb.* Alſo ſoll auch in extraiudicialibus appellationibus, ehe vnd zuvor die Juriſdiction vnd Appellation gnugſam fundirt vñ juſtificirt vor der Kriegßbeveſtigung/oder zum wenigſten/ehe der Gegentheyl darüber gehört/ durchauß kein inhibitio erkant werden. Confer quæ tradit *Gail. d. obſ. 144. n. 8. & Manfr. lib. 2. de attent. in concl. concluſ. 1 9.*

Sextò non decernitur inhibitio cum ratione nullitatis, quæ altiorem indaginem requirit *Mynſ. cent. 4. obſ. 64.* principaliter eſt appellatũ. Hoc enim caſu, cùm ſententia in rem iudicatam tranſierit, & pro ſententia præſumatur, non ſolùm quo ad proceſſum *per allegata à Gail. d. obſ. 144. n. 6. & 7.* cum citatione inhibitio decerni non debet, vſq; adeo vt pro iudice eiuſq; ſententia tantiſper præſumatur, donec de nullitate doceatur; Atq; eam ob rẽ, quamuis aliàs quo ad impetrãdos proceſſus, nudis ſupplicantis narratis ſtetur, id tamen in hoc nullitatis caſu quoad inhibitionem decernendam non procedit, per *ſuprà allegata p. 1.* ideoque pro regula in Camera obſeruari, quod inhibitio in cauſſis nullitatũ decerni non debeat, *tradit Gail. d. obſ. 144. n. 7.* cõfer tradita *à Manfr. concl. 209.* Declara, vt procedat, ſicut dixi, in nullitate nondum probata ſiue quæ altiorem requirit indaginẽ, nõ autem, in nullitate notoria, illâ. n. executio impeditur, & inhiberi poteſt *Mynſ. d. obſ. 64.* allegans præiudicium Dominorũ Cameraliũ in cauſſa Satler de Wimpfen cõtra Satler. *& vide Gail. 1. obſ. 113. n. 2. & ſeq. Van. de nul. ti. q. & quib. mod. null. n. 52.*

Es iſt auch zuwiſſen/wañ der erſt Proceß an im ſelber nichtig/daß es weder attentata zu neñen/noch darüber zu inhibiren ſey.] Tradit *hoc loco* Autor, in Proceſſu nullo neq; attẽtata dici, neq; inhibitionẽ decerni poſſe. Verũ cũ hoc pugnat, q. *DD. tradunt,* nõ ſolùm appellatione interpoſita ab actu & à ſentẽtia valida, verùm ẽt ſi interponatur ab actu & ſentẽtia nulla, appellatione pendẽte nihil attentari poſſe, & inhibitionẽ decerni debere, cum nõ ſit nouũ atq; inconueniens, vt ab actu nullo appelletur *Franc. in c. dilect. q. 7. de appel. ibiq; Io. And. Innoc. & Hoſti. & Doct. in l. ſi expreſſa ff. de appel. Vital. in tract. de clauſul. in clauſ. Nil nouari relatione pend. n. 15. Alex. cõſ. 130. Ponderatis ad fin. lib. 3. & in l. 2. C. de bona. poſſ. contr. tabul. Lancel. in tract. de attent. 2. p. c. 12. de attentat. appellation. pend. ampliatio. ſext. Maſc. de probat. concl. 148. n. 12*

Limitatur & declaratur hęc ex doctorib. allata cõcluſio, vt pcedat, ſi nullitas nõ ſeorſum, ſed vnâ & ſimul cũ appellatione intẽtetur *c. exhibita ibiq; Imo. in fin. de iud. c. ſuper q. in fin. de off. deleg. Van. de null. tit. quot & quib. mod. null. n. 34. & ſeqq.* non aũt procedat, ſi ſeorſum intentetur *Van. de null. d. loc.* Et hoc in caſu Autor noſter eſt intelligẽdus. Plures declarationes vide *apud Lancell. in tract. de de attent. d. p. 2. c. 12. d. ampliat. 6. num. 4. & cap. 27. de attentat. nullitat. pendent. in 2. ſublim. prima limit. principal.*

regulæ ibi poſitæ. Et quando in cauſſa nullitatis inhibitio decernatur, *vide Pet. Frid. Mindan. lib. 2. de Mandat. Iud. c. 27. n. 5.*

IX.

Wie dann auch wann die Poſſeſſion ſtreittig.] Ita fuit obſeruatum in cauſſa ciuitatis Spirenſis contra Epiſcopum Spirenſem deß Eißbruchs halben auff dem Rhein / & in cauſſa eiuſdem ciuitatis contra Comitem Palatinum Rheni Principem Electorem die Gleits Irrung belangend / Anno 1549. vt refert *Mynſing. cent. 2. obſ. 96. n. 2. vide ſuprà p. 2. à nobis tradita ſub titul.* von der Conſtitution der ſtreittigen Poſſeſſion.

X.

Ja auch wann der Appellant in wehrender Appellation den Appellanten ſpoliirte vnd entſetzte / kompt er vmb ſein Appellation.] Appellans ſi pendente appellatione aliquid attentet, appellatione ſua cadit, ſiue indignum ſe facit beneficio appellationis, & appellationem ſuam deſeruiſſe cenſetur *Gail. 1. obſ. 144. num. 4. & 1. obſ. 146. n. 12. Mynſing. cent. 2. obſeru. 50. Mara. p. 6. tit. de appellationib. actu ſecund. n. 411.* Quod ita intelligitur & declaratur verum eſſe, ſi attentata ſint immediatè cõtraria appellationi, ſecus ſi attentata non ſint appellationi contraria, quo caſu reuocari debent *Gail. d. obſ. 146. n. 14. Mynſing. & Marant. d. loc.* Cùm igitur appellans contra appellationem aliquid, ſicut dictum eſt, attẽtans appellationem deſeruiſſe cenſeatur, ſententia à qua ſtatim tranſit in rem iudicatam, & Iudex à quo, perinde ac ſi appellatum nunquam fuiſſet, ad executionem procedere poteſt *Gail. d. obſ. 146. n. 12. per ibi allegata,* tùm quòd actus contrarius litis pendentiæ tacitam iſtam inducat renunciationem *l. fil. ff. de Minorib.* tùm quod indignus ſit beneficio legis, qui contra legem delinquit *l. auxilium §. final. in fin. ff. de Minorib. 25. ann.* tùm etiam quod attentando appellans tanquam ſibi contrarius non cenſeatur ſuæ ipſius detuliſſe appellationi *Bal. in c. ex parte Adæ. col. pen. verſ. Item ſcias de teſtib. Par. in c. ex parte 5. col. 2. verſ. pro declaratione de reſcript. quam etiam refert Matthes il. not. 27. Marant. d. n. 411. Gail. d. obſ. 146. n. 14.* Quapropter in vſu & practica forenſi etiam atque etiam obſeruandum eſt, ſi appellãs appellatione pendente in præiudicium appellationis aliquid innouet & attentet, vt hoc caſu appellatus libellũ attentatorum non ad eum finẽ & effectum exhibere debeat, vt attentata reuocentur, ſed vt probatis attentans Iudex appellationis, cauſſam tanquam deſertam, pro executione ad iudicem à quo remittat *Gail. d. obſ. 146. n. 15.* vbi ita in Camera obſeruatum ſe meminiſſe atteſtatur.

XI.

Vor allen Dingen dieſelben zuwiderruffen.] Hoc verum eſt, quando attentata ſunt notoria, & in continenti probari poſſunt *p. 3. Ord. tit. 31. §.* vnd dieweil *verb.* Es were dann / daß die Attentata offenbar / oder ſonſt in continenti möchten dargethan vnd bewieſen werden / in welchem Fall dann dieſelbigen vor allen Dingen reuocirt vnd abgethan / oder aber / da auff die Peen der Inhibition geklagt / gehandelt vnd erkennt werden ſoll / was recht iſt. *Autor noſter h. p. n. 14.* Et hoc in caſu nec libello, nec litis conteſtatione opus eſt, ſed de planò implorato mercenario Iudicis officio, proceditur, & Attentata cauſſam principalem ſuſpendunt. *d. text. Ordina. Gail. 1. obſ. 146. num. 4.* Cautela igitur eſt pro appellante, vt in caſu notorio ſuſpenſa cauſſa principali ante omnia ad reuocationem agat attentatorum, hodie conſtat, hodie agatur, hodie attentata reuocentur *Gail. d. obſ. 146. n. 6.* Quin imò Iudicem ex officio parte non petente huiuſmodi attentata reuocare poſſe, & ita obſeruatum fuiſſe in Camera in cauſſa Göckerhauſen contra Pfiſterfelt tradit *Gail. d. obſ. 146. n. 7.* ſi verò attentata notoria non ſint, neq; in continẽti probari poſſint, ſed altiorem requirant indaginẽ, libello litiſq; conteſtatione opus eſt, & attentata cauſſam principalem non ſuſpendunt, ſed vtraq; ſimul tractatur *Gail. d. obſ. 146. n. 2. & Mynſ. cen. 3. obſ. 33.* idq; ne cauſſæ principali mora inferatur *p. 3. Ord. d. tit. 31. §. pen. verb.* Vnd dieweil bißher auß dem / daß die cauſſa attentatorũ je zu Zeiten ohne die Hauptſach erörtert werden / nit geringer Verzug der Sachen erfolget iſt: Ordnen

nen vnd ſetzen Wir/daß fürthin cauſſa attentatorum, mit vnd neben der Hauptſach gehandelt/vnd keine durch die ander verhindert oder auffgehalten werdē ſoll. Quod tamen per conſtitutionem Imperij in comitiis Anno 70. Spiræ habitis §. In puncto attentatorum immutatum videtur, vt *ibi* videre licet.

XII.

Es iſt auch keiner den Krieg Rechtens in der Hauptſachen zu befeſtigen ſchuldig/ es ſey dann/ daß die attentata zu mehr reuocirt/vnd der Koſten derwegen erlegt.] Idq; per *c. non ſolum ibiq; Archidiacon. de appellationib. lib. 6.* Et ita in Camera Imperiali deciſum fuit in cauſſa Meiſſenheym contra Güldenmann, & in cauſſa Bernardi Warmbsdorff cōtra Philippum Wiſchen relata 15. Iunij Anno 1544. ſicut refert *Mynſing. cent. 1. obſeruat. 26.*

XIII.

So viel aber in Sachen zu vrtheylen vnd zu erkennen antrifft/ daß ſo lang in der Hauptſachen das Vrtheyl eynzuſtellē/biß die Attentaten Sach zū End bracht/ vñ in der Sachen beſchloſſen.] Hæc ita ſeſe habent, quādo prius in cauſſa principali, quàm in cauſſa attentatorū fuit cōcluſum *Mynſ. cent. 3. obſ. 33.* Secus autē ſeſe habet, ſi *prius* in cauſſa attentatorū, q̃ in cauſſa principali concluditur. Tunc n. Iudex, non expectata concluſione cauſſæ principalis, ſuper attentatis pronunciare pōt *Gail. 1. obſ. 146. n. 8.* vbi ita in Camera factum ſe meminiſſe atteſtatur. Quod tamen nō aliter procedit, quā in illis attentat s, quæ à cauſſa principali ſeparari poſſunt, ſi verò cū appellationis cauſſa ita ſint cōnexa, vt ſui natura, niſi per definitiuam ſuper appellatione ferendā, reſcindi nequeāt, hoc caſu definitiua expectari debet *Gail. d. obſ. 146. n. 8.* Neq; obſtat, quòd in *part. 3. Ord. d. tit. 31.* §. Vnd dieweil diſpoſitū ſancitumq; eſt, vt cauſſæ attentatorū & principalis ſimul agitari, & neutra per alteram ſuſpendi & impediri debeat verb. Daß forthin cauſſa attentatorum mit vnd neben der Hauptſach gehandelt/vnd keiner durch die andern verhindert oder auffgehalten werden ſoll. Nam hoc quo ad proceſſum & non quo ad pronunciationem & deciſionem attentatorū procedit *Gail. d. obſ. 146. n. 9. Mynſ. d. obſ. 33.* Cùm autē de hac pronunciatione & deciſione attentatorum Ordinatio nihil diſponat, iuris cōmunis diſpoſitioni arg. *l. ſi cum dotē in prin. ff. ſol. matr.* meritò relinquitur. Ius autē cōmune vult, quòd in quacunq; parte ante concluſionem in cauſſa, attentatorum reuocatio peti & fieri poſſit *Mara. p. 6. tit. de appel. n. 9. Rot. dec. 4. Tit. Vt lit. pend. in nouis Incip. attentata. Franc. in c. dilecti. el. 3. n. 3. de appel.* Et victus nō ſolum in expenſas, ſed ēt ad reſtitutionē fructuū à tempore interpoſitæ appellationis perceptorū condemnari debeat *c. grauis de reſtit. ſpoliat. c. non ſolùm de appel. in 6. Mar. d. n. 395.* Quid? quod aliâs cā attentatorū nullā haberet prærogatiuam, cùm tamē iure ſpeciali attentata ante omnia reuocari oporteat, *d. c. non ſolùm*, ſicut eleganter conſiderat *Gail. d. obſ. 146. n. 10.* Cæterùm cùm appellatus vel Iudex à quo pendente appellatione attentàrūt, ita pronunciatur In Sachen B. Appellantē wider E. Appellatē iſt erkēnt daß gedachtem Appellaten/auch Richter voriger Inſtāz/ gedachter maſſen zu attentiren nit gezimet noch gebühret/ ſondern damit zu viel vnd vnrecht gethan haben/vñ derwegē ſolche Attentatē zu reuociren vñ auffzuhebē ſeyen/ als wie ſie auch hiemit reuociren/auffheben vñ daß gemelte Appellat vnnd Richter/ ſich hinfüro dergleichē attentirēs enthaltē/mit dem Anhang/wo ſie dē alſo nit nachkom̃en werden/daß als dañ auff deß Gegentheyls ferner anruffen/ der Declaration pœnæ inhibitionis halben/ergehen ſoll/wz recht iſt. Darzu berürte Appellaten vnd Richter in die Gerichtskoſten derhalbē auffgelauffen/ jme dē Appellantē nach rechtlicher Ermäſſigung zu entrichten vñ zubezalē fellig ertheylen. Formulam hanc tradit *Gail. d. obſ. 146. n. 16.*

XIIII.

Sondern Litis Conteſtation noch Proceß.] Reuocationis .n. attentatorū proceſſus ſummarius eſt, ideoq; & ſummariè ac de plano in eo procedit ur *Vital. in tr. de clauſ. in clauſul. Nil nouar. lit. pend. n. 15. poſt Hoſtiens. & DD. in c. dilect. de maiorit. & obedien. Iac. Henr. in cōſ. 2. in caſu n. 4. lib. 2. Ioh. Mona. in c. cupientes de elect. in 6. Fran. in c. Romana ſub n. 13. v. amplius de appel.* Et propterea in hac Reuocationis attentatorū cā ſine ordine Iudiciario proceditur *Vant. de nullit. in tit. quib. mod. nullit. ppon. 40. ſ. n. 28. vbi multos alleg. Menoch. de recuper. poſſ. Remed. 17. n. 34. verſ. quæro ſexiò. vbi quam plurimos citat.*

Mandoſ. in tract. Commiſſion. in 14. formul. commiſſion. attentator. in verb. cauſſam col. 2. verſ. quo ad primũ vel cõplures ibi adductas autoritates Mynſ. cõſ. 8. primo de eod. Incip. ad deciſionẽ n. 14. Vnde in hoc reuocationis iudicio nec libellus requiritur *Mynſ. in d. cõſ. 8. n. 14. Veſtr. in Prax. Rom. curiæ li. 8. c. 4. ſub n. 17. verſ. q̃ ſi agetur poſt Bal. & Sali. in l. Appel. C. de appellat. Ioh. Baptiſt. de Aſin. in ſua praxi Iudicior. § 4. c. 3. verſ. Sexto decimo nõ requiritur & iterum verſ. 36.* non requiritur, vbi *poſt Albert. in l. 1. C. de procurat.* id cõmuniter ſeruari atteſtatur. Qualis qualis tamẽ petitio nihilominus eſt neceſſaria *Lancell. in Tract. de Attentat. 3. p. c. 25. n. 14.* Eamq́; ob rem ẽt abſq́; litis cõteſtatione hoc Reuocationis Attentatorum iudiciũ expeditur *gl. in clem. 2. vt lit. pendent. Fran. in d. c. bonæ ſub n. 13. verſ. amplius & in c. conſuluit, el ſecundo, n. 8. de appellat. & in c. non ſolum ſub nu. 9. ibiq́; omne, de appellation. in 6. Mynſing. d. conſi. 8. num. 14. Lancellott. d. c. 25. nu. 20.*

Articuliren oder ſonſt zur Probation.] In hac Reuocationis attentatorum probatione Doctoris in diuerſas diſceſſerunt ſententias. Alij namque tria probanda eſſe, ſententiam criminum fuiſſe latam, ſiue ſententiarum, vt loquuntur, vel definitum fuiſſe, appellationem fuiſſe interpoſitam, & tertiò attentatum fuiſſe, ſentiunt *gloſſ. in d. c. non ſolùm in ver. ante omnia, quam poſtea ibidem probarunt Gemin. & Philipp. Franc. de appellat. lib. 6.* Alij verò ſatis eſſe exiſtimant, ſi duo probentur appellatum nimirum fuiſſe, & pendente appellatione attentatum, quos refert & ſequitur *Maſcard. de Probat. volum 3. concluſ. 1278. num. 2. & 3.* Et hanc communem eſſe opinionem atteſtatur præſtantiſſimus & eruditiſſimus *Lancellot. in tractat. de attentat. part. 3. c. 26. de probation. attentator. num. 16.* quòd appellatio interpoſita præſupponat ſententiam antea fuiſſe latam. Porrò de primo requiſito ſciendum eſt, ſatis non eſſe, ſi petens reuocationem attentatorum probet appellatum. Nam præterea quoque docere debet, appellationem fuiſſe intra decem dies interpoſitam, & ab eo, qui habuerit appellandi facultatem, ſicut hoc latè deducit & exornat *Maſcard. d. concl. 1278. nu. 4. 5. & ſeqq.*

De ſecundo requiſito notandum eſt, quòd is, cui probandum incumbit, pendende appellatione fuiſſe attentatum & innouatum, probare prius teneatur ſtatum rei, in quo tempore innouationis reperiebatur, quem tamen ſtatum docere ſufficit per ſimplicem detentationem rei, circa quam committitur attentatum abſque eo, quod coloretur titulus, vel poſſeſſio plenè probetur *Rot. deciſ. 11. alias 56.* nota, quòd vbi aliquis, de cauſſa poſſeſſion. & proprietat. in antiq. *& deciſ. 13. alias 348.* Nota, quòd ſi conſtat, *in fin. de reſtitut. ſpoliator. in antiquis Ægid. deciſ. 101. Si conſtat Maſcard. dict. concluſ. 1278. numer. 13. & ſeqq. & idem Maſcard. de probat. volum. 1. concluſ. 146. num. 1.* vbi hanc concluſionem ponit, quòd, ſi quis attentata reuocari petat, ſufficiat probare ſe poſſediſſe tempore litis inchoatæ, & lite pendente fuiſſe ſpoliatum, licet non probetur de titulo, nec ſignis poſſeſſio coloretur, quod priuilegium eſt in attentatis peculiariter conceſſum *Maſcard. dict. concluſ. 146. numer. 1. & ſeqq. vbi quam plurimas autoritates pro more ſuo adducit Manfred. lib. 2. de attentat. in concluſionib. concluſ. 43. & concluſion. 81.* vbi in attentatis non requiri probationem tituli atteſtatur *Lancellott. in dict. cap. 26. de probatonib. attentator. numer. 30.* vbi pro maiori horum declaratione diligenter notanda ſunt, quæ hiſce verbis ibidem tradit quamuis inquiens, circa hunc punctum de poſſeſſione probanda aliquãdo Doctores etiam in materia probationis attentatorum vtantur hoc modo loquendi, quòd ſufficiat probare ſimpliciter poſſediſſe beneficium abſque coloratione tituli, & eo vtatur *Franc. in c. bonæ ſub nu. 14. verſ. 6. & c. de appellat. & Caſſad. deciſ. 3. Petent. nu. 2. de reſtitut. ſpoliator*, & aliâs etiam *Aufr. in addit. ad deciſ. Tholoſ. 15. dixerit*, quòd, quando quis dicit ſe ſpoliatum lite pendente, ſufficit probare, ſe fuiſſe in poſſeſſione tempore motæ litis, & idem etiam *Ripa in c. ſæpe ſub n. 10. de reſtu. ſpolia.* & alias ſæpe Doctores ita loquãtur, nihilominus nõ eſt credẽdum, eos per hoc intelligere, quòd in probatione attentatorũ (de qua agimus) ſit formaliter probanda poſſeſſio non ſolũ, quæ eſt facti, ſed etiã, quæ eſt iuris, tùm quia cõtradicerent ſupradictis deciſionibus, tũ quia licet vtantur verbo

poſſeſſionis, ſemper tamen addunt aliquod verbum, puta, ſimpliciter poſſediſſe, vel poſſeſſionem, & ſimplicē ſtatum, & ſimilia verba, per quæ ſatis demonſtrant eos non de poſſeſſione, quæ eſt iuris, ſed potius de illa, quæ eſt facti, & de detentione ac ſimplici ſtatu intelligere. Hæc Lancellottus. Ex quibus patet, non poſſeſſionem ciuilem, ſed ſolam detentionem hîc intelligi. Vnde *idem Lancellot. d. c. 29. de probatu attentator. nu. 31.* Regulam hanc conſtituit, quòd pro parte petentis reuocationem attentatorum non requiratur probatio poſſeſſionis, ſed ſufficiat probatio ſolius detentionis & ſtatus rei. Quo etiam modo ſuprà ex *Maſcardo & aliis* tradita intelligenda ſunt.

Limitatur primò, vt non procedat, quando ageretur de probanda intruſione alicuius, quia tunc paſſus intruſionem & petens reuocationem illius atque attentatorum debet probare poſſeſſionē illius rei, de qua litigatur, tempore motæ litis *Maſcard. d. concluſion. 1278. nu. 16. Lancellott. d. c. 26. de probation. attentator. nu. 31.* de iure communi ex cauſſa veriſimili præſumatur poſſidere. Tunc enim paſſus attentata eorumq; reuocationem petens tenetur probare, ſe verè tempore attentationis poſſediſſe *Maſcard. d. concluſ. 1278. nu. 17. & d. concluſ. 1469. Secundò limita.* Ratio eſt, quia, ſi is, qui prætenditur attentâſſe, præſumitur poſſediſſe tempore attentationis actus, qui prætenditur attentatus, diceretur factus per modū continuationis, & conſequenter non erit attentatum, cùm continuans poſſeſſionē non dicatur attentare, vt ſatis ſuperq; notum eſt. *Maſcard. & Lancellott. in allegat. loc.* Exemplum huius Limitationis euidentiſſimum extat *in c. 2. de reſtitution. ſpoliator. in 6.* cum ad decimas, reſcribit Bonifacius octauus Pontifex, quas Canonici Sancti Nicolai ſe aſſerunt infra parochiam Eccleſiæ B. clerici poſſediſſe aliquandiu, & eis per eundem clericum ſpoliatos fuiſſe nequaquam debent reſtitui, niſi euidenter docuerint, quòd earum poſſeſſionem legitimè aſſecuti fuiſſent; quia eos occupâſſe iniuſtè veriſimiliter præſumuntur, cùm proueniant ex prædijs infra alienam parochiam conſtitutis; ſitq; manifeſtum (niſi aliud oſtendatur) eas de iure communi ad eandem Eccleſiam pertinere. Plura qui volet, is videat *Maſcard. & Lancellot. in allegat. loc.* Et an attentata probentur per Inſtrumentum *vide Maſcard. de probat. volum. 1. Concluſ. 147. nu 5. & 6.*

FINIS.

SOLI DEO GLORIA.

OTHO-

OTHONIS MELANDRI IVRISCONSVLTI, COMMENTARIORVM CAMERALIVM IN PROCESSVM NOAH MEVRERI

Pars Sexta.

QVOMODO IN CONTVMACIA procedatur.

I.

SEXTAM partem Proceſſus ſui de contumaciis earumq́ue tàm in prima, quàm in ſecunda appellationis inſtãtia in Camera Imperiali proceſſu fecit Autor noſter *hic*, rationem continuationis ponit hanc, quòd, cùm in initio ſtatim Citationis Actorem vel Reum contumacem eſſe contingat, de Citatione verò aliiſque proceſſibus, qui præparatorij potius, ſint cauſſæ principalis, quàm vt ipſam tangant, eiuſque in arcem inuadant, hactenus dictum ſit, & Ordinatio peculiares quoque titulos de Contumacia eiuſque proceſſu ponat, rectè nunc tractatus iſte ſexta pars Cameralis Proceſſus conſtituatur. Verum, quod bona ego cum venia Autoris noſtri, quem honoris cauſſa nomino, dixerim, multò rectius hæc *infra* in ipſo Cameralis Iudicij proceſſu, & quidem vbi de primo termino tam in prima, quàm in ſecunda appellationis inſtãtia tractatur, tradi explicariq́; potuiſſent.

Mag der Kläger wider den vngehorſamt Beklagten auff dreyerley weiß procediren vnd handeln.] Non aliter tamen, quam proclamate ad petitionem Actoris facto, ex ſex diebus Iuridicis elapſis per commune decretum Cameræ 17. Auguſti anno 74. factum *Ciſner. in additionib. ad part. 3. Ordinat. tit. 12. §. final. & in eadem pag. 3. tit. 43. ad princip. titul. D. Petr. Denais. in Iur. Cameral. nouiſſimè edito Rubric. Contumacis vtriusq; communia §. 1.* olim ex ordinatione tres ſufficiebant. Atque has quidem ita poſitas conditiones expreſsè requirit *Ordinatio d. tit. 43. in princ. verb.* *So der Antworter in erſter Rechtſertigung des Kriegs vngehorſam ſeyn vnnd darauff das ruffen auff des erſcheinenden Klägers begeren erkennt / auch nach dem ſelbigen drey Gerichtstág* (Quod, ſicut antè dixi, immutatum fuit) *vber ſcheinen würden / ſol dem Kläger vergönnet vnd zugelaſſen ſeyn.*

Mag

Mag der Kläger / ob er will / in der Hauptſachen fortſchreiten.] Aduerſus tutores tamen vel curatores contumaces non in cauſſa principali, ſed cæteris ordinatione traditis vijs ad bannum bonorumve immiſſionem procedetur, idq; per decretum Cameræ Anno 93. factum, quod refert *D. Petr. Denais. in Iur. Cameral. nouiſſime edito Rubric. Contumacia rei vel appellati §. 8.*

Es iſt aber in der Cammer erkant / daß die enderung auch nach der Kriegsbefeſtigung ſtim.] per notata *à Gailio 1. obſe. 60. num. 4.* vbi hoc in cauſſa Themmar contra Schmackher / & in cauſſa Widtman contra Roſenauw & cõſortes ſimplicis querelæ, obſeruatum fuiſſe ſcribit.

So der Kläger den Weg der Hauptſachen erwehlte / in demſelben fortzufahren begerte als dann iſt der Vnterſcheid vnd Diſtinction zu halten.] De Iure Communi quo ad Reum Contumacem, vt in cauſſa principali procedi poſſit, diſtinctio obſeruatur, quòd ante litem conteſtatam contra Reum Iudex ad ferendã ſententiam procedere non poteſt *tot. titulo Decretal. Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitiuam, ſed actorem in poſſeſſionem rei, quã actione reali petit, examinato prius ſummariè negocio, ſeruandæ & cuſtodiendæ eius gratia mittere poſſit, in actione autem perſonali pro modo debiti c. ſi. de eo, qui mittit. in poſſeſſion. c. quoniam frequenter § in aliis extra vt lit. non conteſt. l. conſentaneum C. quomod. & quãd. Iudex.* Poſt litis autem conteſtationem, ſi de cauſſa ex teſtibus vel inſtrumentis conſtare poteſt, contra Reum abſentem ad ſententiam proceditur, & ſiue pro ipſo ſiue contra feratur, ſemper ob contumaciam in expenſas declaratur, neque poſtea appellare poteſt *l. properandum § ſin autem C. de Iudic. c. prout extra de dol. & cõtumac.* In Camera autem Imperiali aduerſus Reum contumacem, etiam lite nõdum conteſtata, in cauſſa principali proceditur *Gail. 1. obſ. 59. num. 5. 6. & 7. Myrſing. cent. 4. obſ. 66. per tot. & obſ. 67. p. 3. Ordin. tit. 43. §.* Wo aber / vbi diſponitur, vt, ſi cęteris vijs poſthabitis Actor aduerſus Reum contumacem in cauſſa principali procedere malit, ad petitionem eius facto proclamate, & ſex diebus iuridicis elapſis, lis in contumaciam pro conteſtata acceptetur, eoq; facto ad proximam iuridicã terminus articulis exhibendis indulgentur, vel in cõtinenti liberum ei licitumque ſit, ſine vlteriori dilatione, exhibitum libellum ſuum, quatenus articulis diſtinctus ipſe oblatus exhibituſq; foret, accuſata rei contumacia, loco articulorũ repetere, niſi ex iuſta cauſſa Iudex illud ipſum ad proximam reiiceret. Tum ad eos probandum admitti ſeſe ſtatim quoq; petere poterit. Quo facto Iudex, præuia habita deliberatione, vtrum articuli ſint pertinẽtes an verò minus, ſi admittendos ad probandum eſſe articulos decreuerit, arbitrariam ad probandum dilationem præfiget conſtituetve, atq; ſic auditis Actoris probatorijs aliiſque actis & probè examinatis ſententiam feret, & licet pro contumace pronuncietur, actorem ſuccumbentem ab expenſis abſoluet. Hoc tamen caſu Reus contumax non niſi ſub finem Iudicij in expenſas condemnabitur. Verba Ordinationis pro more huc aſſcribere placet; Eaque ita ſeſe habent: Wo aber der Kläger dieſen weg mit Erklärũg der Acht / auch den andern mit der Eynſatzung ex primo decreto falle laſſen / vnd in der Hauptſachen fürfahren wolt / ſoll auff ſein anruffen nach beſchehenẽ Ruffen / auch Verſcheinung der dreyen Gerichtstäg (Hodie ex prędicto decreto Cameræ ſex requiruntur) der Krieg in Contumaciam fur befeſtiget angenommen / vnd darauff biß zum nechſten Gerichtstag zu articuliren friſt gegeben werden: Doch möcht er als baldt / ohne weiteren ſchub / ſein eyngelegt Libel / ſo fern das articulirt wehre / an ſtatt der Articulen repetieret / mit Anklagung des Wiedertheils vngehorſam (es were dañ / daß der Richter auß bewegenden Vrſachen / nach geſtalt vnnd Gelegenheit des angeklagten Vngehorſam / ſolches zum nechſten Gericht zuthun beſchiede) vnd als baldt darnach bitten ſich vnd dieſelben Artickel zu beweiſen / zuzulaſſen / vnd ſoll alß dann der Richter / auff ſolch anruffen / ſo fern ſolche Artickel zuläſſig vnd pertinentes daruber er dann zuforderſt erkennen ſoll / zu ſolcher Beweiſung

friſt/

friſt/nach ermäſſigung eins Gerichts/beſtimmen vnd geben/vnd alſo des Klägers Kundtſchafft vnd ander fürbringen hören/volln fahren/vñ endtlich Vrtheil geben/vnd ob ſur den vngehorſamen Theil würde geſprochen/ ſoll doch der gehorſam Kläger der Koſten vnd Schaden erledigt werden. Doch ſoll in dieſem fall/ſo dermaſſen in der Hauptſach procedirt würde/der vngehorſam vor Außtrag vñ End des Rechtens in die Koſten vnd Schaden nicht verurtheilt werden.

Weder durch ſich ſelber oder ein andern als ſeinem Procuratore erſcheine/ſondern aller Ding vngehorſam ſey.] Quod in *titu.42.in princ.part.3.ordinat.* ſancitur atque edicitur, vt aduerſus Actorem Contumacem in prima inſtantia ad petitionem Rei proclama decerni, & ſex Iuridicis diebus elapſis Reus à citatione abſolui debeat, id de vero contumace intelligendum eſt, non autem de eo, qui ſemel legitime comparuit vel procuratorem conſtituit Autor noſter *hic, Autor Commentariorum editorum à Iuliano* Magenhorſt *in Ordinationem Iudicij Cameræ Imperialis p.3.d.tit.42. Mynſing.cent.4.obſ.65.*

Sondern wirdt ein andern fall wider den geordneten Anwaldt oder Procuratore procedirt.] Quod limitatur, ſi fortè conſtitutus Procurator acceptum mãdatum omnino repudiâſſet, & ſe ex legitimis cauſſis exonerâſſet, ſicut decreuerũt Domini Aſſeſſores Imperialis Cameræ in cauſſa Senatus Imperialis Ciuitatis Vlmę contra Fuggerum den Jllerbaure belangendt/ Item in cauſſa Iohannis de Hagenauw contra Eliſabetham Petri Viſchers relictam viduam. *Mynſing.cent.4.obſer.65.nu.2. Autor Commentariorum in Ordinationem Iudicij Cameræ Imperialis editorum à Iuliano* Magenhorſt *d.tit.42.pag.mihi 473.*

Sondern wirdt die Entſchuldigung.] *Mynſing.d.obſeru.65.nu.5.* vbi in cauſſa Seckendorffer contra Eſchelbrun ita decretum fuiſſe atteſtatur. *Autor Commentarior. in Ordinat.Iudic.Cameræ Imperialis pag.472.*

Dieſes Orts iſt noch ein Mittel vnd Hülff.] *Mynſinger d.obſ.65.num.4. & Autor Commentariorum in Ordinationem Iudicij Cameræ Imperialis pag.473.& ſeq.* vbi iſtud remedium, quando quis ab inſtantia & obſeruatione iudicij ſe abſolui petit, multò pinguius & vberius eſſe tradunt, quam ſi Reus citationem circumduci petat.

IV.

Die Koſten belangend.] De hoc *vide Mynſin.cent.4.obſ.97.* vbi ordinariæ Doctorum ſedes ſimul oſtenduntur. *Vide etiam Autorem Commentariorum in Ordinationem Iudicij Cameræ Imperialis pag.474.475.& 476.*

V.

Alß dann kan der andern keiner mehr gebraucht werden.] Contrarium tenet *Gail.1.obſ.60.nu.4.* vbi illud etiam in Camera, allegatis ibidem præiudicijs, obſeruari atteſtatur, & dixi de hoc *ſupra.*

VIII.

Es hat das anſehen.] Hæc omnia quoque ita tradidit *Autor Commentariorum in Ordinationem Iudicij Cameræ Imperialis editorum à Iuliano* Magenhorſt *ad princ.tit.44.p.3.Ordination.*

Dann aber iſt der Appellat in rechter Zeit ſeiner Appellation nachkommen.] Ita tradit *Ordinat.p.3.d.tit.44.§.2.verb.* Doch ſoll in dieſem fall der Appellat/ſo alſo auff vngehorſam des andern theils handeln wolt/zu forderſt die formalia appellationis zu Begründung der Juriſdictiõ beweiſen. Et quod formalia appellationis ante omnia ab eo, qui in contumaciam procedit, iuſtificari oporteat, *textus expreſſus eſt in c.Romana §.ſi verò de appellat.in 6.* Quod autem Appellatus aduerſus Contumacem appellantem appellationem in Camera proſequi poſſit, & qua ratione, diſſeritur in *p.3.Ordin.d.tit.44.* quo Lectorem remitto.

Derwegen

X.

Derwegen der erſcheinend nach verſchienem Termin zu denſelbigen nicht mehr/ ſondern wie er die Sachen find/ zu handlen zugelaſſen wirdt.] Sic præter reliquas Iuris communis pœnas hoc quoque ſtatutum eſt, vt Contumax in non agendo ſimiliter non niſi refuſis damnis & expenſis ad cauſſam eo ſtatu proſequendam, quo erit, admitti debeat, & aduerſario interim procedere liceat, *par. 3. ord. tit. 41. in princ. cuius hæc ſunt verba:* So einer Parthcyen/ ſo ſelbeſt oder durch ihren Anwaldt zugegen handlung auffgelegt/ oder ſo ſie vermög dieſer Ordnung zu handeln ſchůldig/ vnd jn dem ſeumig vnd vngehorſam erſcheinen/ oder ſonſt verzüglich handeln würde/ ſol alß dann auff ſolch vngehorſam/ zu ſampt der Penen des gemeinen Rechten/ die wider Parthey zu ferner Handlung vnnd in der Sachen zu procediren zugelaſſen/ vnd der vngehorſam in Koſten vnd Schaden derhalben auffgewent condemnirt/ vnd ſo er dieſelbig nach Mäſſigung des Richters entrichtet/ als dann allererſt zu ferner handlung in dem ſtandt/ wie er die Sachen vnnd Proceß findet/ zugelaſſen werden.

F I N I S.

SOLI DEO GLORIA.

OTHO.

Digitized by Google

OTHONIS MELANDRI IVRISCONSVLTI, COMMENTARIORVM CAMERALIVM IN PROCESSVM NOAH MEVRERI

Pars Septima.

DE PROCESSV IVDICIARIO IMperialis Cameræ, & de terminis in cauſſis Ordinariis & præfixis.

CVM in ſuperioribus ſex partibus ea ſint hactenus, magnam ſui partem, pertractata, quæ in prioribus Ordinationis Cameræ Imperialis duabus partibus potiſſimum ediſſeruntur, in ſeptem reliquis partibus declarantur ea atque plenius excutiuntur, quæ in parte tertia prædictæ Ordinationis Cameræ pertractantur. In hac autem ſeptima parte de Proceſſu cum primis Iudiciario, de Circularibus Interrogationibus ſex Von den Sechs vmbfragen/ deque terminis, atque ijs, quæ incidenter circa eos conſi deranda veniunt, agitur.

Inter cauſſas extraordinarias & ordinarias.] Vt iudicium duplex eſt: Ordinarium atque extraordinarium; ſic cauſſæ quoque duplices conſtituuntur: ordinariæ & Extraordinariæ. Ordinarium Iudicium eſt, in quo iuris ordine ſeruato, *iuxta l. prolatam C. de ſentent.* proceditur, *Marant. in ſpecul. 9. diſpinction. principal. nu. 1.* *Hermann. Vultei. præceptor meus lib. 1. Iuriſprud. Roman. c. 34.* Cauſſæ igitur ordinariæ quoque, in quibus hunc admodum proceditur, meritò dicentur. Extraordinarium igitur iudicium eſt, in quo non ſeruato prædicto Iuris ordine proceditur. *Marant, d. loc.* Proinde & cauſſæ illæ, quæ extra Iuris ordinem tractantur, extraordinariæ dicentur. *Hermann: vult. d. c. 32.* Cauſſæ extraordinariæ ex ordinatione Cameræ priuilegiatæ ſunt, earumque expeditio præter cæteras prouehitur atque maturatur *p. 3: Ordinat. tit. 2. in princ. verb.* Cauſſę extraordinarię, ſo vermög dieſer Ordnung gefreyet ſeyn/ ſollen fur andern gefördert werden.

Et vt certò conſtare poſſit, quæ ſint cauſſæ extraordinariæ, nominatim illas ponit *Ordinatio p. 3. tit. 3.* Sunt autem hæ ſequentes.

1. Si quis Camerā Imperialē non eſſe ordinariū ſuum atq; competētem Iudicem prætēdat, ideóque ad ordinariū ſeſe ſuum & competens forū remitti petat.
2. Si formalia appellationis impugnentur;

3. Si de editione productioneq; actorum & pœnis Compulſorialium agatur.
4. Cauſſæ Attentatorum & Inhibitionum.
5. Cauſſæ fractæ pacis.
6. Cauſſæ violenti ſpolij.
7. Si res litigioſa ſiue controuerſa ex tractu ſiue morâ litigij vel iudiciarii potius proceſſus ſit peritura. Da das jenig / darumb der Span iſt / von Auffenthaltung der Rechtfertigung möcht verderben.
8. Cauſſæ, ex quarũ mora magnum damnum præiudiciũue exiſtere queat.
9. Si Rotulus atteſtatium productus ſit, & aduerſus hunc ante publicationem excipiatur.
10. Si quis ſecundam vel tertiam dilationem ad probandum petat.
11. Taxatio iudicialium expenſarum & damnorum.
12. Cauſſæ alimentorum, veluti ſi quis alimenta ſibi dari poſtulet.
13. Punctus Liquidationis, & executionis ſententiarum.
14. Omnes Cauſſæ Mandatorum pœnalium.
15. Omnes cauſſæ litigioſæ poſſeſſionis.
15. Cauſſæ l. Diffamari.
16. Cauſſæ Relaxationis Iuramenti ad effectum agendi.
17. Cauſſæ nullitatum contra proceſſus & ſententias.
18. Tutorum & Curatorum petitio & adminiſtratio.
19. Si petatur ſequeſtratio in cauſſis in Cameræ iudicio aliàs non pendentib.
20. Cauſſæ, in quibus petitur Decreti interpoſitio.
21. Inſinuationes donationum.
22. Confirmationes dotium.
23. Exemplationes priuilegiorum.
24. Miſſio ex primo decreto.
25. Miſſio ex edicto D. Adriani.
26. Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem mittatur.
27. Noui operis nunciatio.
28. Cautiones damni infecti.
29. Cauſſæ appellationum, in quibus de prædictis extraordinariis in prima inſtantia actum fuit.

Reliquæ cauſſæ omnes, quæ in enumeratis extraordinariis nominatim indicatæ non ſunt, ſiue ſint ſimplicis querelæ ſiue appellationis, in ordinariis comprehendentur, & in iudiciariis audientiis Ordinariarum tractabuntur *p. 3. ord. tit. 4. verb.* Alle andere Sachen die vnder obgemelten Extraordinariis nicht benentlich angezeigt die ſeyen ſimplicis querelę oder appellationis, ſollen vnter den ordinariis begriffen/auch in Gerichtlichen Audientzen Ordinariarum gehandelt werden.

Deßgleichen iſt die Ordnung mit den ſechß Vmbfragen auch klar.] Ex ordinatione Cameræ Imperialis *part. 3. tit. 5.* in qualibet Iudiciali audientia ſex rogationes circulares Vmbfragen ad procuratores à Iudice vel præſide Cameræ Imperialis fieri ſolent.

Prima eſt, an ad modò quis publicatas ſententias agere velit Ob jemandt auff die eröffnete Vrthel begere zu handlen.

Secunda eſt, num quis in nouis aliquid proponere habeat Ob iemãdt in newen Sachen in nouis geiandt etwas fürzubringẽ. Eaque in nouis propterea vocatur.

Tertia eſt, an quis termino vel per ſententiam ipſi iniuncto vel ex propria conuentione ſumto agere neceſſe habeat, Ob jemandt durch Vrtheil zu handeln aufferlegt/oder ſonſt einer eigen Bewilligung nach zu handlẽ ſchuldig. Et propterea in præfixis vocatur.

Quarta eſt, nũ quis ex præſcripto ordinationis agere vel cõcludere teneatur.
Ob

Ob jemandts vermög des heyligen Reichs Ordnūg zu handeln oder zu beſchlieſſen. Et propterea vocatur in ordinarijs.

Quinta eſt, num quis contumaciam purgare velit.

Sexta eſt, an quis alterius contumaciam accuſare velit. De quibus duabus rogationibus ita diſſerit Ordinatio. Die fünffte iſt in Contumacijs, nemlich/ob jemandt Vrſachen/Warumb er auff in Contumacijs erhaltene oder angeſetzte Termin nicht gehandelt/fürzubringen/oder auff Vrſachen zu beſchlieſſen. Die ſechſte/ob iemandt des andern Vngehorſam zu beklagen hätt.

Quod ad illud ipſum attinet, quòd Iudex vel Præſes olim interrogare ſolitus eſt, num quis ſuper ſententijs, ſuper nouis, cum præfixis agere velit aut neceſſe habeat, hodie non obtinet *Chriſtophor. Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 33. num. 1.* Procuratores tamen agere volentes hunc ad modum præmittere ſolent ſuper ſententijs auff Beſcheidt / vel in Præfixis Ordinarijs, Extraordinarijs. *Schvvanmann. d. c. 33. nu. 2.*

Præterea cum ſex, ſicut dictum eſt, olim in audientijs agendi eſſent ordines, 1. Sententiarum. 2. In nouis. 3. In præfixis. 4. In ordinarijs. Et duo in contumacijs, poſterioribus tribus abolitis, priores tres ordo nimirum ſententiarum, Nouarū, & Præfixarum adhuc in vſu quotidiano frequentantur. *Schvvanmann. d. c. 33. nu. 4.* Totum namque contumaciarum ordinem rarum admodum & tantum non obſoletum eſſe tradit ex *Senatuſconſulto Cameræ Anno 83. facto D. Petrus Denaiſius in Iure Camerali Rubric. Rogationes audientiarum § 1.*

Cæterùm Procuratores ſinguli iuxta illum ordinem, quo in Procuratorum ſtatum recepti ſunt, agere tenentur *part. 1. Ordination. tit. 23.* §. Darzu ſoll kein *verb.* Darzu ſoll kein Procurator dem andern in ſeiner Ordnung vorgreiſſen/ es ſey auff die Vrtheil in nouis, præfixis, ordinarijs, od' anderen vmbfragen/ſondern nach einander/wie ſie jn jhrer Ordnung ſtehen vnd ein jeder in ſeiner Ordnung die fürtrag thun. Quòd ſi quis ordine ſuo neglecto agere omittat, is in illa audientia & non aliter, donec Ordo in iſta cauſſa ipſum viciſſim tãgat, non auditur *d. tit. 23 p. 3. ord. §.* Item ſoll *verb.* Item ſoll kein Procurator dem andern eynreden/ſondern ſo einer in nouis, oder ſonſt/ſein Ordnung vbergehen läſt / vñ nicht handelt/ der ſoll ſich dieſelbig Audienz/vnd ſo lang biß die Ordnung/ in der jhe winder in denſelben ſachen zu handlen gebühret/ an jhne kömpt / weiter handlung enthalten. *& §. pen. tit. 11 p. 1. ord. verb.* Nach dem auch ein ſonderer Artickel in der Ordnūg hernach geſetzt/daß ein Procurator/der die Ordnung in der handlung vbergehen läſt / hernach den andern nicht eynfallē/od' derhalben weiter gehört werden ſoll/biß die Ordnung wider an jhn kömpt/wollen wir/ daß es ſolcher Ordnung der Cammerrichter furthin halten/ vñ im Gericht keinen Procurator anderſt/dann in ſeiner Ordnung hören ſoll.

Porrò aliquoties ſancitum ſtatutumq; fuit, vt Ordines iſtos Procuratores accuratè obſeruare, nec cauſſas ad hunc veluti nouatum pertinētis ordinem in alio veluti præfixarum ordine proponere, ſed in quolibet ordine cauſſas etiam eò pertinentes, agere debeant *p. 3. tit. 5. Ordin. § 1. cuius hæc ſunt verba.* Vñ nach dem bißher die Procuratores ie zu Zeitē die Ordnung/mit Verbringung jhrer Sachen/ in obbeſtimpten Vmbfragen nicht gehalten/Sond'n ſolche Vmbfragē vnter einander vermiſcht/vnd alſo vnordenlich vnd confusè gehandelt/darauß dann nicht kleine Vnrichtigkeit auch Verhinderung der Sachen erfolget. Solches zu fürkom̃en/wöllen wir / daß hinfuro ein jede ſach/in der vmbfrag/darein ſie gehörte / durch die Procuratores ordentlich gehandelt vnnd fürgetragen vnd nit geſtattet werden ſoll/ daß ſolche Vmbfragen confundirt/vñ obgemelter maſſen vnordentlich gehandelt werde. *& §.* So ſoll auch *p. 1. Ord. tit. 23. verb.* So ſoll auch kein Procurator/ ſo in Ordinarijs gehandelt wirdt/Extraordinarias eynmiſchen/ ſondern der Ordnūg In extraordinarijs biß die jhne erreichet/erwarnen. Adde *Decre. Genera. Cam. 21. Martij Anno 34. 13. Febr. Anno 56. 16. Septem. Anno 60. Viſitat.* Abſchiedt *Anno 64. § 22. Decr. Cam. 14. Nouebr.*

Anno 60. Solus Fiſcalis Procurator excipitur *Decret.general.Cam. Anno 60.16.Martij.* Et vide limitationes ad *d.§.1.p.3.tit.5.ordinat.à Ciſner.aſſignatas.*

Quid? quòd ſi producta hodie in ordine aliquo, ad quem non pertineát, proferentur, tanquam non pertinentia eò, reſeruata contra Procuratorem Ordinationis pœna, reijciuntur *Chriſtop.Schvvanmann.d.c.33.nu.6.*

Cum tres adhuc ordines, ſententiarum, Nouarum, & Pręfixarum in Camera Imperiali, cæteris abolitis, adhuc in vſu frequentari *ſupra* ſit dictum, de ſingulis nunc videbimus.

Et primum de ordine ſententiarum.

Ordo ſentētiarum eſt, in quo procuratoribus iuxta eum ordinem, quo, ſicut ſuprà dictum fuit, in Procuratorum ſtatum recepti ſunt, publicatis in audientia ſententijs, ad eas duntaxat, quę in iſta fuerunt audientia publicatæ, ſententias agere conceditur *p.3.Ordinat.tit.6.in princ.verb.* Auff geſprochene Vrtheil ſollen die Procuratores in jhrer Ordnung nach einander auff kein ander Vrtheil oder Beſcheidt/dann die deß Tages vnd in derſelbigen Audientz eröffnen vnnd verleſen/auff die erſten vmbfrag handeln oder zu handeln zugelaſſen werden.

Quod tamen dictum fuit, Procuratoribus ex ordine agere concedi, id ita intelligendum, vt primus ſi ſententiæ publicatæ ſint tum demum primò ſuper illis agere teneatur, ſi ipſum concernāt, quod ſi nullæ, quæ ipſum tangant, publicentur, ſecundis ſi ipſum tangentes ſententię publicentur, aget, & ſic conſequēter *Chriſtoph.Schvvanmann.lib.1.Proceſſ.Camer.c.34.nu.2.& 3.*

Porrò quòd *in §.2.tit.6.Ordinat.* diſponitur, vt probatione alicui iniuncta eidē quoq; ſtatim conceſſum ſit publicata iſta ſententia terminū probandi petere, id hodie non obtinet, cum Iudex lata ſententia probandi terminum vna cum cōminatione præcluſionis ex officio præfigere ſoleat *Schvvanmann.d.c.34.nu.5.*

Plura de hoc ſententiarum ordine vide *apud Ciſne.in additionib.ad d.tit.6.part.3. Ordinat.*

Nunc de ſecundo eoq; Nouarum ordine agendum eſt.

Ordo nouarum eſt, in quo non niſi nouæ cauſſæ eæq;, quæ inde dependent, proponuntur *pag.3.Ord.tit.7.in princ.verb.in nouis* ſollen anders nicht / dann newe Sachen/vnd was zu derſelbigen gehörig/gehandelt werden.

Tales ſunt.

I. Cauſſæ Citationum.

II. Inhibitionum.

III. Compulſorialium,

IV. Mandatorum pœnalium ſine & cum clauſula, & ſimilium proceſſuum.

V. Producuntur in hoc Mandata procuratoria.

VI. Inſtrumenta appellationum.

VII. Executoriales petuntur.

VIII. Supplicationes pro citationibus aliiſq; proceſſibus, lite iam in Camera pendente, obtinēdis petūtur *p.3.Ord.tit.35.in prin.verb.* So in anhangender Rechtfertigung ein Theil vmb Citationes, Inhibitiones, Proceß oder anders ſuppliciren wolt/ſoll er ſolches in nouis zu thun / vnd ſein Gegentheil dergegen auff den necħſten Gerichtstag hernach gleicher geſtalt in nouis zu handlen ſchüldig ſeyn.

IX. Producuntur Acta & reproducuntur.

X. Rotuli examinum.

XI. Item ſi terminus vlterior actorum libellorumue productioni, ob impedimentum incidens, indultus ſit.

XII. Cauſſæ nouæ, nulla facta differentia inter ordinarias & extraordinarias, quauis audientia in nouis peragentur.

Quæ omnia ita ediſſeruntur *d.tit.7.part.3.Ordinat.*

XIII. Si periculum moræ aliqua in cauſſa verſabitur, deſideria, & quæ ad illā cauſſam

cauſſam neceſſaria ſunt, in Nouis proferentur *Conſtit. Imperij in Comitiis Anno 66. Auguſtæ Vindelicorum habitis promulgata* §. So declariren/ *Cuius hæc ſunt verba*, So declariren/ erklären/ vnd ordnen wir/ daß in den Fällen/ da periculum in mora, den Procuratorib. zugelaſſen ſeyn ſoll jhrer Partheyen in vnvermeidentliche Notturfft vnd fürſtehende Beſchwerden/ durch ein Supplication in der Vmbfrag in nouis fürzubringen vnd vmb gebührende Hülff der Rechten anzuruffen vnd zu bitten/ daß auch darauff den Anruffenden vnverzüglich Beſcheidt vnd Hülff Rechtens mitgetheilt werde. Doch alſo vnd dermaſſen/ da Cammerrichter vnd Beyſitzer hernach ſo viel erlernet/ daß vnerheblicher vnd vnnotturfftiger Weiſe ſupplicirt/ angeruffen vnd angezogen periculum in der Sachen nicht gefunden/ daß als dann die Anwald jhres vngebürlichen vnd vnnotturfftigen Anruffens vnd Begerens halben nach Ermäſſigung durch Cammerrichter vnd Beyſitzer geſtrafft werden mögen vnd ſollen. Quãuis autem prædicta Conſtitutio ita diſponat, hoc tamen de ſtylo Cameræ non admitti atteſtatur *Chriſtoph. Schvvanmannus lib. 1. Proceſſ. Cameræ c. 35. n. 31.* ex hac ratione, quod iſtum admodum facilè ordinum confuſio eueniret, cum ſingulis in cauſſis moræ periculum ferè allegetur. Et ibidem in Camera tentatum ſe meminiſſe, ſed per ſententiam ſupplicanti iuxta ordinationem agere Anno 94. iniunctum fuiſſe ſcribit.

XIV. Iuramentum de Calumnia in Nouis præſtatur Viſitatiõ Abchiedt *de Anno 67.* §. 5. ferner iſt auch. *Ciſner. in Ordinat. Camer. fol. 430.*

XV. Idem in Iuramento malitiæ obtinet Viſitatiõ Abſchiedt de Anno 68. §. Aber vber dieſes *Ciſner. d. fol. 430. D. Petr. Denais. in Iur. Camer. Rub. Rogatio nouarum* §. 8.

XVI. Punctus paritionis in cauſſis Mãdatorum cum vel ſine clauſula in hoc ſecundo nouarum ordine expeditur *Viſit.* Abſchiedt *Anno 68.* §. 6. Demnach auch. *Decret. general. Cam. 20. Iulij Anno &c. 80.*

XVII. Punctus paritionis in pignorationum cauſſis vſq; ad finẽ totus in nouis pertractatur Viſitation Abſchiedt §. demnach auch *de Anno 68. verb.* Damit auch ſolches deſto fürderlicher beſchehen möge/ ſetzen vnnd ordnen wir/ daß hinfüro in puncto Paritionis die Partheyen biß zu endtlicher Erledigung derſelbigen in nouis handlen ſollen vnd mögen. *Ciſner. in Ordinat. Camer. folio 338. & fol. 392. Chriſtophor. Schvvanmann lib. 1. Proceſſ. Cameral. c. 32. num. 2. D. Petr. Denais. in Iure Cameral. Rubric. Rogatio Nouarum* §. 7. *Et dixi ſupra in part. 2. in expoſitione Conſtitutionis ſuper Pignorationibus.*

XVIII. Cauſſales etiam in nouis producentur, atq; idem erit in his aliiſq; huc pertinentibus cauſſis, & ſi terminus præiudicialis fuerit præfixus *Decret. Cam. general. in Anno 80. D. Petr. Denais. d. Rubric. Rogatio nouarum* §. 9.

XIX. Termini purificatio ſeu commiſſa cõtumacia in nouis accuſatur, quod in foro Contumaciren dicimus, ſed ita tamen, ne eo nomine aduerſum ſub ordinationis pœna excipiatur *Decret. general. Camer. de Anno 83. verb.* Vnnd wider die in nouis gethane anzeigen purificationis termini; als ob dieſelbige Receß in andere vmbfragen gehörig ſeyn ſollen/ vergeblich zu excipirn ſich enthalten. *D. Petr. Denais. in d. Rubri. Rogatio nouarum* §. 10.

XX. Expenſarum deſignationes, (deren Anſchlag auff Reichs müntz/ Gülden/ vnnd Creutzer gerichtet/ oder je jn ſpecie was andere ſpecificirte Sorten zur Reichsmüntz angeſchlagen ertragen/ dabey verzeichnet werden ſoll vnd muß. *Decret. Genera. Camer. Anno 85. 23. Auguſti. & Decret. general. Camer. Anno 93. 13. Decembris*) in nouis producentur. *dictis duobus decretis generalibus Cameræ. D. Petrus Denais. in Iure Camer. d. Rubric. Rogatio Nouarum* § 11.

XXI. In eodem nouarum ordine aduerſus iſtas Expenſarum deſignationes excipiatur, vt habet conſultum Collegij Imperialis Cameræ Anno 94. Auguſtam ad Comitia Ordinum tranſmiſſum, vt refert *D. Petr. Denais. in d. Rubr. Rogatio Nouarum* § 12.

XXII. Hodie totus expenſarum punctus in nouis expediri debet *dict. decret. General. Cam. Anno 93. facto 13. Decembris Schvvanmann. d. c. 35. nu. 4.*

XXIII. Omnes Exceptiones dilatoriæ, non deuolutionis, deſertionis & ſimiles in Nouarum ordine proferentur *d. decret. Gener. Cam. Anno 93. 13. Decembr. fact. verſ.* Alle *Exceptiones.*

XXIV. Executionis punctus ſiue articulus, quatenus paritionem non autem quatenus liquidationem contingit, totus in hoc nouarũ Ordine expediri debet Conſul. Cam. facto Anno 90. *D. Pet. Denais. in Iure Cam. d. Rub. Rogatio nouarum §. 13.*

XXV. In hoc nouarum ordine producuntur Alle Schrifft an ſtatt Mündtliche Receß. *Chriſtoph. Schvvanmann. d. c. 35. nu. 4.*

XXVI. In hoc nouarũ ordine libelli in cauſſis appellationũ & ſimplicis querelæ articulati & ſummarij offeruntur, ita tamen, vt, quæ poſtea contra articulos cauſſales atq; libellos ſunt, agenda, in præfixis producantur *Chriſtoph. Schvvanman. lib. 1. Proceſſ. Camer. c. 35. nu. 7.*

XXVII. Terminorum in Nouis petuntur prorogationes.

XXVIII. Ea, quę ad hunc Nouarum ordinẽ pertinent, & ſi terminum prętiudicialiter præfinitum habuerint, non in præfixis ſub pœna arbitraria, ſed in Nouis produci & exhiberi debẽt Conſtitution. Imperij in Comitijs Ratisbonæ Anno 1594. habitis promulgata §. Vnd damit *verſ.* Wann auch befunden wirdt/ cuius hæc ſunt verba: Wañ auch befunden wirdt / daß zu wider etlicher vbergebener Memorial zettel/ vnſerer Commiſſarien vnd Viſitation vnd darauff erfolgter gemeinen Beſcheidt/ die Vmbfragen in nouis vñ præfixis ſehr confündirt/ alſo daß die libelli, Itẽ articuli cauſſales vnd anders mehr/ ſo in die vmbfrag in Nouis gehörig/ in præfixis, dergleichen in Pfändungs Sachen punctus paritionis in die vmbfrag prętixarũ auch gebracht vñ gezogen werden. So ſollen ſich die Procuratores deſſelben nachmals allerdings enthalten/ vñ bey Straff nach Ermeſſigung die Handlungen/ ſo in die Vmbfrag in Nouis gehörig/ ſonderlich was in Pfandungs vñ dergleichẽ Sachen zu Erledigung puncti paritionis gericht/ darzu Cauſſales vñ anders/ ſo vermög der Ordnung vnd Abſchieden dahin gehört/ in derſelben vmbfrag vnd nicht in præfixis, ohnangeſehen jhnen darzu Zeit prętiudicialiter angeſetzt worden/ eyn vñ fürbringẽ.

XXIX. Ad extremũ Exceptiones declinatoriæ dilatoriæuè, vel in earũ vim oppoſitæ peremtoriæ, ſiue nudæ ſint, ſiue alia habeant in euẽtum annexa, arbitratu Procuratorum, vel in Nouis, vel in præfixis producentur per Conſultum Collegij Anno 94. vna cum aliis Auguſtam ad Comitia ordinum tranſmiſſum, vt refert *D. Petr. Denais. in Iur. Camer. Rubr. Rogatio Nouarum §. 15.*

Cæterùm in hoc Nouarũ Ordine non vt olim in ſex duntaxat *Mem. Viſit. Anno 86. §.* Als auch. *Ciſner. in Ordin. Cam fol. 386* ſed in omnib. nouis cauſſis, in quib. aliquid ipſis ad agendũ ſuppetit procuratores ſinguli audientur per *Decret. Imper. Cameræ Anno 52. factum.*

Quia verò propter cauſſarum nouarum multitudinem omnes in vna audiẽtia audiri nequeunt, is, penes quẽ ordo ſubſiſtit, procurator, ſiue primus ſiue ſecundus, ſiue vltimus fuerit, primo ſententiarum, ſicut ſuprà dictum fuit, ordine atq; circulo circumacto abſolutoq; iſtum ſecundum nouarum ordinem continuat. Vt autem ſciri poſſit, penes quem procuratorum Ordo nouarum deſierit ſiue ſubſtiterit, protonotarij illud in protocolla ſua aſſcribere & annotare tenẽtur *p. 3. Ordin. tit. 5. § fi. Cuius hæc ſunt verba:* So ſoll auch der Keyſerlich Cammerrichter darob ſeyn/ daß eines jeden Gerichts tags zum wenigſten/ ſo viel möglich/ auff Vrtheil in der erſten/ vnd in nouis in der andern/ ꝛc. alle procuratores vom oberſten procurator herab biß zu ende/ in jhrer Ordnung gehört werden: vnd ſo mañ in den andern vmbfragen nit gar herumb kommen möcht/ daß zum wenigſten in einer jeden derſelben vmbfragen/ die procuratores zum Theil/ obgemelter maſſen/ in jhrer Handlung gehört/ vñ den andern Gerichtstag hernach die vmbfragen wider bey dẽ

procu-

Procurator, an dem die Handlung hievor blieben/angefangen/vnd alſo hierumb in der Ordnung biß zum End continuirt werde. Vnd damit der Cam̃errichter wiſſen möge/an welchem Procurator in einer jeden Vmbfrag anzufangen/ ſollen die Protonotari, in jre Protocolla/an welchem Procurator jemals die Vmbfragen bliebẽ/ verzeichnet/vnd ſolchs hernach im Gericht anzeigen.

Quamuis autem hic nouarum ordo ſiue interruptione agitetur, ſæpè tamen per aliquot dies, & ſi ferias interuenire contingat, ſeptimanas nõ circumagitur, ideoq́; hoc tanquam ſecundo non abſoluto, ad tertium præfixarum ordinem deueniri nequit *Schvvanm.d.c.35.num.12.*

Ante ferias magnas in vltima audientia ordo iſte nouarum circumuolui ſiue circũagi ſolet, ſic vt ſinguli iſto die audiantur Procuratores, & ad eũ qui primò iſto die in nouis agere incepit, ordo reuocat᷑. Qua ipſa reaudiẽtia in nullã ſępè noctẽ, hyemali cũ primis tẽpore, ꝓtrahitur, ſicut de hoc atteſtat᷑ *Schvva.d.c.35.in fin.*

Nunc ad Tertium præfixarum ordinem nos conferamus.

Pręfixarum autem Ordo dicitur, in quo cauſſę, quib. certus agendi terminus vel per Iudicis ſententiam, vel per procuratores ipſos præfinitus eſt, (iis quæ ad nouarum ordinem pertinent, cauſſis exceptis, hæ namq́; etſi terminum præiudicialiter præfinitum habeant, non in præfixis, ſed in nouis proponi debent *per ſuprà recitatam Conſtitutionem Imperij de An.94. in Receſſ. Ratisbon.* §. vnd damit) agũtur atq; proponuntur. Quo eodem ſenſu etiam præfixæ vocantur *p.3. Ord. tit.8. verb.* Nach dem offtermals ſich zutregt/daß den Procuratorn/ welche Zeit der Ordnung erhalten/vnd in derſelben nit gehandelt / weiter Zeit vnd Dilation zu handlẽ/ durch Vrtheyl vnd Beſcheyd angeſetzt/oder daß die Procuratores ſelbſt in einer beſtimpten Zeit zu handlen/ annehmen vnd willigen. Was nun jhnen den Procuratorn/in Krafft ſolcher außgeſprochenen Beſcheid/ oder eigener Bewilligung / auff angeſetzte oder bewilligte Termin/oder ſo ſie ſolches anderer Eynfäll halben vnterlaſſen/hernach zu handlen gebührt/daß ſoll in ſolcher dritten Vmbfrag/genannt in præfixis, gehandelt vnd fürbracht werden. Hic autem ordo multò tardius, quàm Nouarum, circumagitur. Non .n. niſi toto Nouarum ordine penitus abſoluto, id quod tum demum fit, ſi ſinguli Procuratores in nouis ex ordine fuerint auditi, atq; ordo ad eum, qui hoc ipſo die in nouis agere incipit, ſit reuerſus, ſic vt nihil in nouis agendũ ſit reliquũ *D. Chriſtoph. Schvvan. lib.1. proceſſ. Cameral. c.36. n.3.* ad hunc præfixarum Ordinem definitur, *d. tit.8. p.3. Ord. verb.* Alſo daß hinfüro allweg poſt nouas cauſſas der oberſt Procurator im Standt in ſolchem angeſetzten oder bewilligten Termin anfangen/vnd alſo herab nach der Ordnung biß zu end vñ die mündliche Beſchluß mit denſelben præfixis gehãdelt werden ſollen. Tunc .n. ſi aliquid tẽporis audientiis deſtinati reſtet, quoq; rarò accidit, id præfixis impenditur *Schvvan. d.c.36. n.3.* Cæterũ, quòd diligentiſſimè animaduertendũ eſt, non hic præfixarũ ordo cum ꝓximè inſequenti audientia, ſicut de Nouarũ Ordine ſuprà diximus, continuatur, ſed primo ſententiarũ Ordine abſoluto à procuratore ſuperiori primũ tenente locũ, altero die Nouarum Ordo inchoatur, & poſtea demum, ſi nihil in nouis agendum ſuperſit, ad ordinẽ præfixarum dicto modo peruenitur *Schvvanm. d.c.36. n.4.*

Atq́; hinc ſæpiſſimè euenit, vt in vno ꝓcuratore pręfixarũ Ordo per mẽſes aliquot hęreat *Schvvan. d.c.36. n.5.* Et, vt penes quẽ ordo pręfixarũ ſubſtiterit, ſciri poſſit, Protonotarij & Procuratorũ ſubſtituti in ſuis ꝓtocollis atq; habitis Receſſib. annotare ſolẽt. Cauſſę pręfixarũ, ſc. quoad mutationẽ in audiẽtiis, duplices ſunt, Ordinarię, atq; extraordinarię *p.3. Or. ti.2. §. verb.* Vñ ſoll ſolche Abwechſelũg intellige quoad audiẽtias in ordinariis & extraordinaris/allein in d'3. vñ 4. Vm̃frag genañt ꝑfixis & Ordinariis &c. ſtatt habẽ. *Schvva. d.c.36. in fin.* vbi hoc diſcrimẽ, intellige ꝑdicto modo, in hoc duntaxat ꝑfixarũ ordine obſeruari atteſtatur.

In pręfixis extraordinariis cauſę extraordinarię, q̃ ſuprá nominatim fuerũt recitatę, tractantur atq; ꝓponuntur. In Ordinariis Ordinariæ.

Digitized by Google

Vtraque autem eo modo, qui in definitione præfixarum Ordinis fuit explicatus.

Præfixis extraordinariis biduum, ordinariis autem vnus tantùm dies idq; viciſſitudinariè, ſingulis ſeptimanis attribuitur *Schuuan. lib. 1. Proceſſ. Camer. c. 27. n. 2.*

Cum verò ſuprà dictum ſit atque ita velit Cameralis praxis ad præfixas ordinibus ſententiam & nouarum circumactis demùm peruenire, & continuationem præfixarum cum proxima ſequenti audientia locum non habere, ſed poſt primum ſentẽtiarum ordinem abſolutum, à procuratore ſuperiori primum tenente locum, altero die ordinem nouarum inchoari, & poſtea demum, ſi nihil in nouis attendẽdum ſuperſit, ad ordinem præfixorum perueniri eumq; in præfixis procuratorem pergere, penes quem ordo ſubſtitit, ſi nimirum aliquid temporis audiẽtiis deſtinati reſtet, rarò autem id eueniat, intelligitur hinc, ordinem præfixarum tardiſſimè circumagi.

Atque hinc iſtum Præfixarum tàm extraordinariarum, quàm ordinariarum ordinem nimis tardè, & vix ac ne vix quidem per integrum biennium circumuolui tradit *Schvvanm. d. c. 37. n. 8.*

Quam quidem tarditatem licet *per decret. Cam. Anno 95. 11. Aprilis,* vt nimirum diebus Martis & Iouis ab hora 9. vſq; ad 10. in præfixis procederetur, Domini Camerales correxerint, cum tamẽ hac occaſione cauſſæ nouæ nimis excreuerint, id per viſitatores eodem anno fuit abrogatum.

Hodie autem etiam diebus Sabbathi in Præfixis à ſeptima vſque ad nonam proceditur atque agitur *Conſtitut. Imper. in comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgata* §. Neben dieſem/ *cuius hæc ſunt verba:* neben dieſem iſt auch vermercket worden/ welcher Geſtalt die Handlungen in nouis ſich dermaſſen hauffen/ daß man durch Continuirung derſelbigen zu den Vmbfragen in præfixis vnd contumaciarũ langſamb kommen könne/ welchem aber durch ein Memorialzettel Anno &c. 80. vnnd darauff erfolgten gemeynen Beſcheyd der Geſtalt maß gegeben/ daß neñlich in denſelbigen auch auff die Sambſtag von ſieben biß acht Vhren vor den Deputirten gehandelt werden ſoll. Ob dann wol zu Winters Zeit vor acht Vhren keine offene Audientz angeſtelt werden kōnne/ ſo laſſen Wir es doch bey angedeuter Verenderung/ dieweil ſolche Audientz an jhr ſelbſt gut/ vnd dem Proceß fürderlich/ beruhen/ vnnd wöllen/ daß demſelbigen/ ſo viel ſich jmmer thun laſſen will/ vnnd die Nohtturfft erfordert/ nachgeſetzt vnd gelebt werde. *Adde General. Decret. Camer. 28. May Anno 82. cuius hæc ſunt verba:* Iſt der gemeyn Beſcheyd. Demnach wegen der vielfaltigen bittis der Prorogation Terminorum halber in nouis, die Handlungen ſich dermaſſen gehäufft/ daß lange Zeit hero in præfixis wenig Procuratorn haben gehört werdẽ können/ Derwegen vnd darmit die Rechthängige Sachen/ künfftig ſo viel möglich gefürdert/ ſolten hinfüro die Procuratores am Sambſtag vor anfang der Fiſcaliſchen Audientz/ von ſieben biß zu neun Vhren/ waß in die Vmbfrag præfixarum gehörig handlen.

Intelligit & declarat hactenus dicta quòd nimirum etiam diebus Sabbathi in præfixis agi & procedi poſſit *Schvvanm. d. c. 37. n. 10. & 11.* ſolummodò de illis præfixis, quibus dies Veneris, qui cum die Sabbathi continuatur, eſt aſſignatus, veluti ſi præcedens Veneris dies ſit præfixis extraordinariis aſſignatus, in iiſdem die Sabbathi pergatur, ſin ordinariis, in præfixis ordinariis dicto die Sabbathi procedatur, idque diligenter notandum eſſe ſubiicit.

Nunc eo, quem Ordinatio Imperialis Cameræ ſeruat, Ordine de Rogationibus in Ordinariis, & de duabus Contumaciarum rogationibus dicendum erat. Sed quia Terminus Ordinationis ſiue finalis per terminum præiudicialem penitus ſublatus eſt, ſicut paulò poſt dicetur, prædictas quoque Rogationes ab vſitas eſſe facilè intelligitur *Ciſn. in Ord. Camer. fol. 395. Chriſtoph. Schvvan. lib. 1 proceſ. Cameral. cap. 33. num. 4.*

Cæte-

Cæterùm Ordinationis Terminus in ordinariis vigeſima, in extraordinariis decima erat audientia *Decretum General. Camer. Anno 73. 23. Iunij D. Petr. Denais. in Iur. Cameral. Rubr. Terminus Ordinationis* §. *2. Ciſn. in Ord. Camer. fol. 411.* Hunc pro finali ſuiſq; obtinebat, quo nomine finalis etiam dicebatur, citra ſubmiſſionem, intra quem ſi non agebat, procurator aduerſæ partis ipſi terminum petenti alium, illum ſub præiudiciali comminatione concedebat, quem & abſq; ſubmiſſione acceptare cogebatur; Iſq; eum obtinebat effectum, ac ſi à Iudice per ſententiã ipſi præiudicialiter præfixus eſſet; Vel terminus iſte ipſi per ſententiam Iudicis cum præiudiciali cõminatione præfigebatur *Conſtit. Imperij Anno 70. in comitiis Spiræ promulgata* §. welcher maſſen einem jeden Procuratorn/ auff ſeines Gegentheils Handlung/ Zeit der Ordnung ſeine Notturfft gargegen eynzubringen gebürt/ iſt in angeregter Ordnung gnugſamb verſehen. Wiewol nun ein gute Zeit hero keinem Theil/ Zeit der Ordnung ſine præiudiciali cõminatione zugelaſſen/ dardurch man verhofft die Sach zubefürdern vnd die Zeit etwz zu gewinnen: Nach dem aber dardurch viel vnzehliche Submiſſiones, Complirung der Protocollen/ vnd Acten relationes, Beſcheid/ prorogationes, vnnd petitiones vmb Reſtitution ꝛc. verurſacht/ auch die Vmbfragen mehrertheils confundirt/ vnd die Zeit zu den Ordinari Handlungen vielmaln verzehrt/ Als ordnen vnnd wöllen Wir/ daß ein jeder Procurator auff ſein Handlung oder Receß/ ſeinem Gegentheil Zeit der Ordnung ohn Submiſſion zulaſſen/ welche auch jhm damit finaliter angeſetzt ſeyn ſoll/ aber darnach/ da derſelb contumacirt worden/ ſoll jhm der ander Termin nach Beſchaffenheit der Sachen vnd Partheyen/ geraumlich oder enger/ cum comminatione præiudiciali/ angeſetzt werden. Doch in Fällen/ da die Ordnung kein ander Zeit/ dann den nechſten mündlich zu beſchlieſſen zugibt/ ſoll hierdurch nichts geendert/ ſondern derſelb in allweg gelebt werden.

Quæ quidem Imperij Conſtitutio per Receſſum Viſitationis de Anno 73. §. Ferꝛners nonnihil eſt immutata ſiquidem in eo vlterius prouiſum, vt etiã à procuratore ipſo terminus alias finialiter parti aduerſæ petenti concedi poſſit, eiuſque verba hæc ſunt: Ferꝛners ob wol im nähern Speyeriſchem Reichs Abſchied im vers/ welcher maſſen/ ſtatuirt/ daß einem jeden Procuratorn Zeit der Ordnung ohne Submiſſion ſoll finaliter zugelaſſen ſeyn/ Aber da er darüber contumacirt/ vñ ferꝛner Zeit zur Handlung begeren würde/ jme alsdann der ander Termin nach Geſtalt der Partheyen vnd Sachen præiudicialiter angeſetzt werdẽ ſoll/ ſo iſt doch bey dieſer Viſitation gnugſam̃ erkundigt/ daß der Contumacirend Anwald ſeinem Widertheil die begerte geraum̃te Zeit zum 2. Termin offtmaln ſelbſt willigt/ doch præiudicialiter (wie es ohne diß in obgemeltẽ Abſchied verordnet/) zulaſſen/ vnd damit dz vergeblich ſubmittiren vnd interloquiren vorkom̃en will/ aber deſſen vnangeſehen mehrmaln ſubmittirt vnd Beſcheid begert. Dieweil nun ſolcher ſubmiſſiones oder Rechtſätz/ niendert zu dienlich/ dañ zu vorſetzlicher Bemühũg deß Herꝛn Cam̃errichters Referenten vñ Cantzleyẽ/ auch die gute Zeit zur Expedition anderer Sachẽ dardurch verſpilt wirdt.

Derhalben ſetzen vnnd ordnen Wir hiemit/ da ein procurator Terminum Ordinationis ohne Handlung fürvber gehen lieſ/ er darvber contumacirt/ vnd ſein Gegentheil jhme ſein ſelbſt gebettene ferꝛnere geraume Zeit cum præiudiciali cõminatione zu zulaſſen vrbietig/ daß er ſolche ſein eygenwillige Zeit præiudicialiter ohn weiters ſubmittiren ſchuldig ſeyn auch ſolches bey Straff der Ordnung anzunem̃en/ ebẽ den Effect gleich jme die Zeit durch Beſcheid præiudicialiter angeſetzt worden were/ haben ſoll/ doch ſo ſie der Zeit oder anderer Vrſachẽ halbẽ ſtreitig/ ſoll man deß Herꝛn Cam̃errichters Beſcheid darvber/ wie zu Speyer verabſchiedet/ begeren vnd erwarten mögen.

Verùm Terminus hic Ordinationis ſiue finalis, introducto præiudiciali perpetuò dehinc obtenturo, penitus in Camera antiquatus ſublatuſq; eſt *Memorial.*

Viſitation

Viſitation Abſchied *Iudic. & aſſeſſorib. An 78.* §. vñ ſoll *cuius hæc ſunt verba:* Vnd ſoll der Terminus præiudicialis der ſeithero der nechſtgeweſenen Viſitation für nothwendig ermeſſen vnnd eyngeführet nachmals weiter erſucht / vnnd wie an jetzo im Brauch vnd weſen gefahren/vnd die Procuratoris ein ander geraume Zeit ſub præiudiciali comminatione zulaſſen vnd annehmen/vnd ſich hierunder deß vnnöhtigen ſubmittirens bey Straff nach Ermäſſigung enthalten/ vnd gefährlicher Weiß die erhaltene Dilation vngehandelt nicht verflieſſen laſſen. Et *Conſtitut. Imper. in Comitiis Anno 94. Ratisbonæ habitis promulgata* §. wann dann *cuius hæc ſunt verba.*

Wann dann jetztgedachte Cammerrichter vnnd Beyſitzer im obgemelten jhren zuſammen getragenen Bedencken vnd Dubien darfür gehalten/daß nach Gelegenheit deß Gerichts der Terminus finalis auffzuhalten/vnd an deſſen ſtatt der Terminus præiudicialis geordnet werden ſoll/vnd befunden/daß jetztgemelter Terminus præiudicialis nutz vnd gut / dardurch die gerichtliche Sachen merckli ch gefürdert/ der Proceß abgekürtzet/vnd ſo wol den Beyſitzern vnd Procuratorn/ als der Cantzley viel Mühe vnd Arbeit erſpart wirdt. So ſetzen/ordnen vnd wöllen Wir/ daß es nachmals bey demſelben angeſteltem Termino præiudiciali verbleiben/der Terminus finalis allerdings gefallen vnd ab ſeyn/dieſem aber würcklich nachgangen werden ſoll/nemblichen der Geſtalt/wann ein Procurator ſeinem Gegentheyl in primo Termino ſein ſelbſt gebettene geraume Zeit cum præiudiciali comminatione zuzulaſſen erbietig/daß er ſolche eyngewilligte Zeit præiudicialiter ohn weiters ſubmittiren bey Straff der Ordnung anzunehmen ſchuldig/ daß auch ſolch Præiudicial annehmen/ vermög ſiebentzig/ drey vnd ſibentzig ſechs Jaren Viſitations Abſchieden/eben die Wirckung haben ſoll/als wann den Procuratoren die Zeit præiudicialiter angeſetzt worden/welche jetzt vorgeſetzte Verordnung nicht allein in primo Termino, ſondern auch in primis prorogationibus ſtatt haben/vnnd darauff verſtanden werden ſoll.

Solten ſich aber auch Sachen zutragen/daß deren Wichtigkeit nach / die Procuratores auß rechtmeſſichen Vrſachen ſich der Zeit halben nicht vergleichen können/vnd darüber ſubmittiren muſten/damit ſich dañ niemandt Abkürtzung der Zeit oder vbereilens billich zu beklagen/dißfals ſetzen/ ordnen vnnd wöllen Wir/daß der Richter in ſolchen Fällen/ nach einer jedwedern Sachen Wichtigkeit / Ferre deß Wegs/ vnnd Erwegung anderer Vmbſtände gute geraume Termin anſetzen/ſich auch gleicher Beſcheidenheit in Prorogation derſelben verhalten ſoll. Es ſollen auch hinfüro die Procuratorn prorogationes prorogationum für ſich ſelbſt einander nit verſtanden oder zulaſſen/ſondern dieſelb jederzeit allein zu Gerichtlicher Erkantnuß geſetzt ſeyn.

Intelligitur hinc. Terminum præiudicialem eſſe tempus procuratori ad agendum vel procedendum vel ſponte ab aduerſæ partis Procuratore ipſi conceſſum, ab eoque atteſtatum, vel per iudicis ſententiam ipſi præfixum, vtroque modo non niſi præiudicialiter.

Ex quo rurſum conſtat, Terminum præiudicialem eſſe duplicem; acceptatum, & præfixum.

Acceptatus dicitur, qui è procuratore partis aduerſæ procuratori petenti ſponte conceſſus ab eodem acceptatur, atque de illo agit prædictę Conſtitutionis Imperij paragraphus wann dann.

Præfixus Terminus præiudicialis, dicitur, qui per Iudicis ſententiam præfigitur. Isq; duplici modo contingit: Primò, ſi inter Procuratores legitimis de cauſſis de termino conuenire non poſſit. Tunc enim Iudex per ſententiã ſuam Terminum iſtum præiudicialem præfigit propter magnam locorum diſtãtiam in quo præfigendo cauſſæ grauitatem, viæ longitudinem, aliaſque qualitates & circumſtantias, diligenter examinabit, rectaque ſecum via reputabit *d.* §. ſolten ſich aber *prædict. Conſtitut Imper.* Quod idem ſtatutum eſt *Memorial. Viſitation. de Anno 79.*

Anno 79. Iudic. & Aſſeſſorib. §. Es wöllen auch/ *cuius hæc ſunt verba:* Es wöllen auch die Kayſerlichen Commiſſarien vnnd Viſitatorn Terminum præiudicialem fer- ners zu continuiren biß zur nächſtkünfftigen Viſitation (Nunc ex prædicta Imperij conſtitutione Anno 94. in Comitiis Ratiſbonenſib. ſancita perpetuò terminus iſte præiudicialis obtinet) befohlen haben/ Aber doch mit der Erinnerung/ ſintemal in beyden obgemelten Sachen viel Handlung zu gleich eynbracht werden ſollen/ darneben die Termini præiudiciales oder angehenckte comminationes vim definitiuæ in effectu eynführen/ daß derhalben in Anſetzũg deß erſtẽ Termins/ wie auch bey der Sachen/ dero Wichtigkeit/ Entlegenheit/ vñ der Partheyen hohen vnd nidern Standes/ deren Aduocaten nicht allemal bey der Handt/ geſundt/ oder gnugſamb Bericht haben mögen/ mit Fleiß zu erwegen/ vnd in achtung zu nehmen/ damit niemand in ſeinen gerechten Sachen/ bey dieſer höchſten Kayſerlichen Juſtitien/ dardurch vbereylet zu ſeyn/ ſich zu beklagen haben möge.

Altero modo Terminus præiudicialis per iudicis ſententiam præfigitur, cùm prorogatio prorogationis vel nouus ex aduerſo terminus petitur, quòd Procuratoribus terminum iam antè prorogatum prorogare non liceat *d. conſtit. Imper. Anno 94.* §. Solten ſich aber Ad vtrumque petendum & obtinendum Procuratoribus documento ſufficientium cauſſarum opus eſt. *Decret. general Camer. 10. Iunij Anno 1580.* §. die Procuratores/ *qui ita habet:* die Procuratores ſollen prorogationem prorogationis, oder an ſtatt derſelben nouum terminum, ohne Beſcheinung erheblicher Vrſachen zu bittẽ/ bey Straff/ nach Ermäſſigung/ ſich gäntzlich enthalten. Et *prædicta conſt. Imper. in Comitiis Ratisb. anno 94. ſancita* §. vnd demnach/ *cuius hæc ſunt verba:* vnd demnach ein Zeithero vermerckt worden/ welcher Geſtalt die procuratores in termino prorogationis die Vmbfrag in jrer Ordnung bißweilen vngehandelt fürvber gehen laſſen/ biß ſolcher Termin ſchier gar zu ende gelauffen/ da ſie dann auch die Ordnung eben im letzten Tag nit erreichen können/ vnnd als dann ſich erſt zur Handlung erbietẽ/ darvber nach erlangtem Termino præiudiciali lange Zeit verfleußt/ ſolchem zuvorkom̃en/ wöllen vnd ordnen Wir ferner/ daß ſich die procuratores hinfüro prorogationem prorogationis, oder an ſtatt denſelben nouum Terminum, ohne Beſcheinung erheblicher Vrſachen zu bitten/ ꝛc. bey Straff nach Ermäſſigung gäntzlich enthalten. *D. Petr. Denais in iure Camerali Rubr. Terminorum petitio* §. *3.* Et de terminorum petitione *ibi vide plura in d. Rubr. Chriſtophor. Schvvanum lib. 1. Proceſſ. Camer. c. 26. n. 7.*

Quid ſit Terminus præiudicialis, & quotuplex, ex iis quæ hactenus expoſita ſunt, ſatis perſpicuum manifeſtumque eſſe arbitror.

Si verò Procurator intra terminum præiudicialem à ſeſe vel acceptatum, vel per Iudicis ſententiam ipſi præfixum, quòd ipſi incumbit, non egerit, cauſſa in illo puncto, in quo Terminus fuit conſtitutus, pro concluſa acceptatur, aut via vlterius agendi procedendive ipſi præcluditur *Viſitat. Receſſ. Anno 73.* §. Wann aber/ *cuius hæc ſunt verba:* Wann aber nunmehr von den Partheyen oder derſelben Anwälden auch zu Zeiten in zweiffel gezogen werden will/ da jhr ſelbſt gebettene vnd erhaltene præiudiciales cõminationes von jhres Vngehorſambs oder nit Handlung purificirt worden/ wie dieſelbigen zuuerſtehen/ oder was Peen darunder begriffen ſeyn ſoll.

Derhalben/ ſolche Streitigkeit oder Zweiffel auffzuheben/ wird hiemit geordnet vnd befohlen/ da auff erhaltene Præiudicial Commination weiters vmb Prorogation Gerichtlich angeſucht vnd gebetten/ Aber dieſelb/ vermög der Rechtẽ abgeſchlagen werden muß/ daß die Referenten in ſolchen Fällen die Beſcheid vngefährlich folgender Geſtalt verfaſſen vnd declariren ſollen. In Sachen/ ꝛc. iſt D. N. die gebettene Prorogation hiermit abgeſchlagẽ/ ſonder läſt mã es bey ſeiner ſelbſt am N. Tag

begerter

begerter vnd erhaltener Præiudicial Commination (nemlich daß der Krieg Rechtens für befeſtiget/die Articuln für bekannt/die Reſponſiones für gnugſamb angenommen) bleiben. Et hæc pœna ſententiis hodie plerunque expreſſe annectitur hoc modo.

In Sachen N. contra D. Citationis iſt D. G. was ſich auff Replicas den 10. huius eynkommen zu handlen gebührt/Zeit 4. Monat pro Termino & prorogatione zugelaſſen vnnd angeſetzt/ mit dem Anhang/ wo er ſolchem alſo nicht nachkommen würde/daß alsdann die Sach in dieſem Punct für beſchloſſen hiermit angenommen ſeyn ſoll.

Item: In Sachen D. contra E. appellationis à definitiua iſt Doctor B. was ſich auff Libellum appellationis articulatum den 12. huius verbracht zu handlen gebührt/gebettene Zeit pro Termino & prorogatione zugelaſſen vnnd angeſetzt/ mit dem Anhang/ wo er ſolchem alſo nicht nachkommen wirdt/ daß alsdann der Krieg Rechtens für beſeſtiget/die Articul/für bekandt angenommen/ vnnd jhm der Weg defenſionalis vorzubringen hiermit benommen ſeyn ſoll. *Schvvanm. lib. 1. Proc. Camer. c. 29. num. 2.*

Quid? quòd, ſi Procuratorem vnum vitam cum morte commutare contingat, nihilominus alteri terminus ab eo acceptatus, vel per Iudicis ſententiam ipſi præfinitus labatur, ac intra eundem, ſimul atq; ex aduerſa parte Procurator conſtitutus fuerit, quod par erit, ſub præiudicio ſiue comminatione ſolita agere teneatur, vſque adeo, vt nec nouus terminus ſub ordinationis pœna eo nomine peti debeat *Decret. general. Camer. Anno 85. 7 Julij verb.* Jhnen auch die zur Handlũg gebettene/erhaltene/oder angeſetzte Zeit/wañ gleich der Gegen Anwald verſtorben/ nichtsdeſto weniger ablauffen/der Geſtalt/daß ſie für Purification derſelben/ alsbaldt ex aduerſo ein ander legitimirt/ in jhrer Ordnung ſub ſolita comminatione zu handlen ſchuldig ſeyn. Derowegen fürohin widerumb Zeit pro nouo Termino zu bitten/bey Straff der Ordnung ſich gäntzlich enthalten *D. Petrus Denais in Iur. Camer. Rubric. Terminorum curſus lapſusq. §. 7.*

Hodie tamen, vt teſtis eſt *Chriſtoph. Schvvanm. lib. 1. Proceſſ. Cameral. c. 29. nu. 12.* à Procuratoribus in locum defuncti ſeruantis, allegando daß ſie weder Acten noch Protocoll bey Handen/ vnd der Sachen keinen Bericht haben/ tempus aliquod menſium, ſich Berichts zu erholen/ vel ad agendum peti ſolet, vbi etiam, Iudicem ad factam ſubmiſſionem nouo procuratori tempus aliquod ad antè producta agendi admiſiſſe ſe meminiſſe atteſtatur.

Quod ſi illo ipſo die, in quem terminus præiudicialis præfixus incidit, iudicium non exerceatur, aut exerceatur quidem, ſed tamen ordo nouarũ vel præfixarum procuratorem illum, cui terminus iſte præfixus eſt, non attingat, proximo ſuo ordine poſt terminum lapſum agere tenetur, eoque facto termini purificationem euitat *Memorial. Viſitat. Procuratorib. Anno 80. §. 3.* Beim andern/ *cuius verba hæc ſunt:* Auff die Frag: Ob die procuratores/ da ſie terminum præiudicialem oder auch deſſen Prorogation erhalten/vnd vmb diß willen/ daß die Ordnung ſie am letzten Tag nicht erreichen kañ/die Handlung nicht mögen produciren/ ſolches intra terminum in nouis anzeigen/ vnd prorogationem bitten ſollen/ laſſen die Commiſſarij vnd Viſitatorn jhnen auß der Beyſitzern vnterſchiedlichen Bedencken dieſe Meynung gefallen/daß die termini præiudiciales vnnd derſelben erlangte prorogationes, den Procuratorn vnd Partheyen zum beſten vtiliter zu verſtehen/welcher auch durch gemelten Beſcheid *verſ. 2.* alſo auch verſehen iſt.

Daß die procuratores deß anzeigens/daß ſi mit handlung gefaſt/ vnnd in jhrer rechten Ordnung ſolche fürzubringen vrbietig/hinfürter bey Straff nach Ermäſſigung ſich gäntzlich enthalten/ ſondern in erhaltener Zeit/ oder im Fall ſie die Ordnung deß letzten Tags nicht erreichen wirdt/ in nächſter jhrer Ordnung hernach vngeſaumbt die gebühr handlen ſollen.

Idem

Idem edicit *prædicta Imperij Conſtitutio Ratisbonæ in Comitiis Anno 94. promulgata §.* vnd demnach iiſdem ferè verbis *D. Denais in d. Rub. Terminorum lapſus § 4. & 5.* Et hæc quidem de rogationibus audientiarum ſiue in audientiis agendi ordinibus, deque præiudiciali termino, quo introducto tres poſteriores rogationes ſublatas & abolitas eſſe diximus, hactenus propoſuiſſe ſufficiat. Quid ſit autem Audientia Cameræ, quomodo, & quando celebretur, quia in his nihil difficultatis hæret, ſuperuacaneum foret hîc recenſere, cum ea *part. 3. Ordinat. tit. 1. & à Chriſtophor. Schvva. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 24.* locupletiſſimè ſint expoſita, quò beneuolum lectorem remittimus.

Antè autem quàm ad alia gradum proferamus, cùm res nõnullæ ſint, quæ coram deputatis Aſſeſſoribus pertractantur, eas hîc recenſere non alienum fore putauimus.

Subſequẽtes cauſſæ, quæ paulò pòſt recenſebũtur, finita à Meridie audientia, coram deputatis, quos vocant, duob. Aſſeſſoribus, qui Iudici ex vtroq; in eadem audientia aſſederunt latere, aguntur, ſic quidem, vt leuiores ipſi ſubmiſſiones vel decidant ſtatim, vel ad Senatum poſtea referant *p. 3. Ord. tit. 11.*

Coram quibus acturi, Pedello, durante adhuc audientia, vt is quidem cùm deputatis iſtis, tùm Procuratori aduerſæ partis antè exitum adhuc audientiæ illius indicet ſignificandum curabunt *Decret. general. Camer. 3. Octobris Anno 83. verb.* vnd da ſie coram deputatis zu handlen/ ſolches dem Pedellen vor außgang der Audientz anzeigen ſollen/ alles bey Straff der Ordnung. *D. Petr. Denais. in iure Cameral. Rubric. Deputati poſt audientias § 6. Chriſtoph. Schvvanm. lib. 1. Proceſſ. Cameral. capit. 39. numer. 2.*

Coram deputatis autem illis, primò ſigilla, manus, ſcripturæ, recognoſcuntur vel negantur *d. tit. 11. § 1.*

Secundò Commiſſarij coram illis nominantur oretenus *d. tit. 11. § 2. Memoria. Viſit. Procur. Anno 75. §.* da Commiſſarien *Ciſn. in Ordination. fol. 417.* petitur prima dilatio probandi, contra Commiſſarios excipitur, atque adeò totus Commiſſariorum punctus coràm illis expeditur. *Conſtit. Imper. in Receſſ. Anno 70. §.* die Commiſſarien/ *cuius hæc ſunt verba:* die Commiſſarien vnd was darzu notturfftig/ ſollen auch neben den Beweiß Articuln/ durch ſondere Supplication/ oder aber darnach coram deputatis mündlich benannt vnd gebetten werden/ da dann Gegentheyl dawider zu excipirn/ oder aber darein bewilligen wollen/ ſoll ſolches entweder neben den Antworten in ſcriptis oder coram deputatis beſchehen daſelbſt dann auch zum Beſchluß procedirt werden ſoll. Etiam Commiſſarij in ſcriptis coràm illis petuntur *d. § 2. tit. 11.* Generaliter enim & indiſtincte textus ibi loquitur, etiam ſecunda, tertia dilatio, coram iiſdem petuntur. *§. vlt. d. tit. 11.* eo tamen modo, ſecundum *Memorial. Viſitat. Procurat. Anno 75. §.* Da man Commiſſarien *Ciſner. in Ordin. fol. (mihi) 417.* qui præſcriptus eſt *part. 3. Ordinat. titul. 16. §.* Was aber/ *cuius hæc ſunt verba:* Was aber die dilationes probandi, & prorogationes derſelben antrifft/ ſollen dieſelbigen nach Geſtalt der Sachen vnd Partheyen gemäſſiget/ vnd hinfürter keinem Procuratori ſecunda oder tertia dilatio &c. abſque cauſſæ cognitione vnd Anzeig genugſambs Fleiß gegeben: Aber mit der vierten Dilation gehalten werden/ vermög vñ Innhalt der gemeinen Recht: ſicut & quarta, cum ſolennitate tamẽ legali, vt vult. *d. text. Ordin. de qua infrà ſuo loco & Ciſner. in Ord. fol. 111.* dilatio coram iiſdem deputatis petitur *Schvvanm. d. tit. 39. num. 3.*

Tertiò punctus Tutorum vel Curatorum coram iiſdem deputatis eodem quo de commiſſariis, modo dictum eſt, expeditur *d. Conſt. Imper. in Comitiis Anno 70. Spiræ promulgat. §.* Wie oben/ *cuius hæc ſunt verba:* wie oben in pũcto Commiſſariorum diſponirt/ Alſo ſoll auch vor den Deputirten in puncto Tutorum oder Curatorum zum Beſchluß procedirt/ vnnd demnach vor denen in dieſen vnnd andern

dern Sachen coram deputatis gehörig/Contumacirt werden. Adde *Memorial. Viſitation. Procurator. Anno 72.* §. Unnd dieweil/ *de quo vide Ciſner in Ordination. folio 417.*

Quartò Tractatus Concordiæ coram iiſdem allegatur *d. tit. 11. part. 3. Ordinat.* §. Item wann de quo per documenta procuratores fidem facere debent *Memorial. Viſitat. Procurat. Anno 75.* §. ein jeder Rechtsverſtändiger/ *& decretum General. Camer. 6. Iulij Anno 79. Ciſner. in Ordination. fol. 419.*

Quintò obitus Principalis coram iiſdem deputatis indicatur, de quo etiam fide digna documenta proferri debent a Procuratoribus *Memorial. Anno 75. d.* §. Ein jeder Rechtsverſtändiger. *& Memor. Viſitat. Iudici & Aſſeſſ. Anno 78.* §. Es ſollen auch *Ciſner. in Ordin. fol. 420.* Sin minus, pœnas condignas irremiſſibiliter Procuratores pendent, per allegata. Ad extremum ea, quæ ad Audientias pertinent, coram Deputatis procuratores non proponent, ſicut nec viciſſim in Audientia, quæ coram Deputatis proponi ex lege Ordinationis oportet, ſub pœna arbitraria Viſitation Abſchied *de Anno 59. cuius hæc ſunt verba:*

Nach dem ſich auch ferners befunden/ daß ſich die Umbfragen contumaciarum auch auß dieſer Urſach deſto lenger verweilen/ dieweil die procuratores in den vorgehende 4. Gerichtlichen Umfragen lange mündliche vñ darunter viel ſolche Receß (ſo laut der Ordnung vor den Deputaten nach der Gerichtlichen Audientz verrichtet ſollen werden) halten/ ſoll der Herr Cammerrichter ſolches hinfüro jhnen nit mehr geſtatten/ ſonder dieſelbigen/ ſo offt vnd dick von nöhten/ der gebühr ſtraffen/ auch viel weniger nachgeben/ daß die procuratores in ſolchen Umbfragen/ was für die Deputaten gehörig/ Gerichtlich vorbringen/ vnd mit ſolchen Receſſen die Audientzen auffhalten.

Illud idem multò clariùs diſponitur atque ſancitur *Receſſu Viſitationis in Anno 61.* adeoquè verba illius huc aſſcribere mihi viſum fuit. Ea autem ſunt huiuſmodi: Nach dem auch in gegenwertiger Viſitation eynkommen/ daß die Ordnung in den Sachen/ ſo für den Deputaten nach der Gerichtlichen Audientz gehandelt werden ſollen/ nicht gehalten/ ſonder in ein Abgang kommen/ vnnd ob wol in dem Abſchiedt der Viſitation deß 59 Jars deßwegen auch Verſehung geſchehen/ Wir aber befunden/ demſelbigen auch nicht nachgeſetzt ſeyn/ damit dann die Ordnung widerumb in dieſem Articul jhren Fürgang erlangen/ vnd in Ubung gebracht werde/ So Repetirē vnd Erholen Wir gedachten Abſchied deß 59. Jars/ vñ wöllen/ daß berürte Sachen vor den Deputaten vermög der Ordnung zu handlen/ ohn eyniger andern Umfragen keines wegs zugelaſſen/ ſondern da ſolchs vbertretten/ vnd wie vor die Deputaten vermög der Ordnung gewieſen vnd fürgebracht/ ſo ſoll derſelbig Procurator Unnachläßlich geſtrafft werden. *D. Petr. Denais in d. Rubr. Deputati poſt audientias* §. *3.*

So viel aber zum dritten/ die Eilff Termin/ wie von einem zu dem andern ordentlich zu handeln betrifft.] Priùs, quàm ad explicationem declarationemvè illarum, quæ in ſingulis terminis in cauſſis ſimplicis querelæ proponuntur, nos conferamus, duo diſcutere libet:

Primò quidem; An dies termini, ſiue aſſignationis, vt loquuntur, termini computetur in termino, & quid de hoc in Camera Imperiali obſeruetur. Secundò generatim quæ de Receſſibus notari oporteat.

Hæc namque duo rectè intellecta, maximam in ſequentia lucem inferent. Concluſionibus autem illa includemus, vt tantò facilius intelligentia memoriaquè comprehendi poſſint.

I.

Quod ad primam quæſtionem, An nimirum dies termini, ſiue aſſignationis, vt loquũtur, termini, computetur in termino, attinet, prima quidē ſententia diem

termini

termini, ſiue aſſignotionis in termino computandum eſſe, affirmandum videbatur.

II.

Idque ex ſequentibus fundamentis: Primò enim textus manifeſti in promptu ſunt, qui illud ipſum aſtruere poſſe videntur, *text. eſt in l.3. §. Minorem ff. de Minorib.* vbi Vlpianus Iuriſconſultus minorem viginti quinque annis natu, *inquit*, videndum, an etiam diem natalis ſui adhuc dicimus, ante horam quâ natus eſt, vt, ſi captus ſit, reſtituatur, & cùm nondum compleuerit, ita erit dicendum, vt à momento in momentum tempus ſpectetur. *text. ſunt in l. Biduum §. dies ff. Quand. appell. lic. & in Auth. Hodie, ibique Bald. & Angel. C. de appellat. & in §.1. in Auth. de appellat.* vnde tempus appellandi ſtatim à lata ſententia de momento ad momentum currere voluerunt quàmplurimi, quos retulit *Iohann. Anan. conſ. 93. Viſo proceſſu colum. pen. verſ. Venio nunc ad inueſtigandum, ibique Ludouic. Bolo. in add. col. pen. verſ. condeſcendo & Alberi. in l.1. §. ſi mulier ff. de liber. agnoſc. & in ſuo Dictionario in verb. ex die mortis.*

III.

Secundò quoties in iure non exprimitur, tempus eſſe vtile, ſemper continuum eſſe intelligitur *l. Genero 8. verb. ſed cum tempus luctus continuum eſt, meritò & ignoranti cedit ex die mortis, ff. de his qui notant. infam. & ibidem Bartol. num.1. & in l. ſiue Pars C. de dilationibus gl. notabil. in clem. vnic. in verbo continuum de Reſtitut. in integr. Felin. in c. Venerabilis num.7. de iudic.* Et tempora regulariter continua eſſe multis adductis autoritatibus confirmat *Tiraquell. de Retract. §.1. gloſ.11. num.21. & Gail.2. obſ.105. n.2.* Si igitur tempus computatur de momento ad momẽtum, ſi tempora ſunt continua, ecquànam igitur ratione dies termini ſiue aſſignationis vt loquuntur, non computetur in termino. Et ſi temporis continuitas præciſe ſpectatur in dilatione legis, quantò magis in dilatione hominis? cùm tamẽ aliâs mitiùs agatur cum lege, quàm cum homine *l. Celſus in princip. ibiq́. gl. ff. de arbitr.* Quid? quod dilationes ſtrictiſſimè ſint interpretandæ *l.1. C. de dilation. l.2. in princ. de temp. appell.* Quod ſi ita eſt, vt ſanè eſſe adductis fundamentis modò oſtendimus, quid obſecro obſtare poſſit, quo minùs dies termini, ſiue aſſignationis, vt loquuntur, termini in termino ipſo computari debeat?

IV.

Tertiò ſententiam hanc quàmplurimi, iiq́ue magni nominis atquè ſummæ autoritatis Iuriſconſulti defendunt *Alexand. & Iaſ. in l.1. ff. ſi quis cautionib. Iacob. Aretin. in l.1. §. ſed ſi maritus ff. de liber. agnoſc. aliiq́. quãplurimi, quos pro more ſuo concervatos adducit Tiraquell. de Retract. §.1. gloſſ.11. num.20.*

V.

Videamus nunc fundamenta negatiuæ ſententiæ, quòd nimirum dies termini ſiue aſſignationis, vt loquuntur, termini non computetur, in termino.

VI.

Et primò quidem id expreſſè demonſtrat *text. in l. num qui Calendis 41. in princip. ff. de verbor. obligat.* vbi Vlpianus Iuriſconſultus circa finem planè, *inquit*, ſi ipſa die Calendarum quis ſtipulationem interponat, quid ſequemur, & puto actum videri de ſequentibus Calendis. Terminus igitur præfinitus ſiue aſſignatus non de eo die, cùm præfinitus fuit, ſed de ſequentibus intelligendus eſt.

Ex quo efficitur, diem termini ſiue aſſignationis, vt loquuntur, termini non computari in termino.

VII.

Secundò pro confirmanda hac ſententia adducit textum *Tiraquell. d. gloſſ. 11. num. 19. in l. vbi tex. 101. ff. de Reg. Iur.* cum Paulus Iuriſconſultus ita reſpondet, vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo primo die venerit, audiendus eſt. Ita enim & Imperator Antonius cum Diuo Patre ſuo reſcripſit. Cum autem menſis abſolutè & ſimpliciter ſine ratione certi menſis prolatus intelligatur de triginta diebus, vt tradit *Tiraquell. d. gloſſ. 11. num. 19. per l. ſi maritus præuenerit 4. § hac. in maritis & l. Miles 11. § ſexaginta dies ff. ad l. Iul. de adulter. & gloſſ. in l. vlt. §. 1. in verb. ſexaginta C. de Iur. deliber. Bald. in Auth. Qui ſemel. C. quomod. & . quand. Iud. quod ſequitur* Ordinatio Imperialis Cameræ, ſicut *infrà* dicetur, & nihilominus reſpondeat Paulus Iuriſconſultus, ſi lex duos menſes alicui ad dicendum cauſſam ſuam præſtituerit, eum ſexageſimo quoque primo die audiēdum eſſe, relinquitur, diem illum quo duo iſti menſes ipſi pro termino præſtituti fuerūt, in termino non computari, eoſque menſes duos ſequentib. diebus, à die aſſignationis excluſos intelligendos eſſe. Nam ſi dies ille quo duo iſti menſes præſtituti fuerunt, in termino computaretur, is qui ſexageſimo primo die veniret, non eſſet intra duos menſes, & propterea non audiretur termino iam præterito, ſicut ſubtiliter ita arguit *Tiraquell. d. loco.* Ex quo rurſum efficitur, diem termini ſiue aſſignationis termini in termino non computari.

VIII.

Tertiò textus eſt *in c. frequens de reſtitut. ſpoliator. in lib. 6.* vbi Innocentius Quartus Pontifex in concilio Lugdunenſi conſtituit, vt, ſi quis exceptionem ſpolij obiiciat, intra quindecim dierum ſpacium (poſt diem, in quo obiicitur) probare poſſit verb. ſed ſi in ciuilibus ab actore, in criminalibus autem ſe ſpoliatum Reus aſſerat à quocunque, intra quindecim dierum ſpacium (poſt diem in quo proponitur) quod aſſerit, comprobabit. Vnde intelligitur, diem illum, in quo ꝓpoſita ſiue obiecta fuit exceptio ſpolij, in termino quindecim dierū, intra quos obiecta ſpolij exceptio probari debet, non computari ſiue comprehendi maximè cùm adiiciatur particula poſt eum diem, in quo proponitur, particula enim Poſt apertè declarat, eum diem cui adiicitur, non comprehendi *l. ſi cui legetur in verbo poſt biennium & in verb. præſentibus ibiq. Franc. Aretin. concl. 2. de legat. 1. & l. ſi ita fuerit libertas ff. de manumiſſ. Teſtam. & voluit Alberic. in ſuo Dictionario, in verbo, poſt diem Sabbathi, Bartol. in l. 2. § Creditum col. 2. verſ. aduerte. ibidemq. etiam recentiores ff. ſi cert. petat. & Salicet. in l. ſi pacto col. 5. verſ. ad nuda C. de pact. quos refert & ſequitur Tiraq. de Retract. § 1. gloſſ. 11. num. 50. & idem Tiraquell. in Repetit. l. ſi vnquam in verb. poſtea.* Ex quo rurſum efficitur, diem termini ſiue præfinitionis termini, in termino non computari.

IX.

Quartò textus eſt *in Pia 1. de exception. in 6.* vbi idem Innocentius quartus Pontifex conſtituit, vt Reus, qui contra Actorem de excommunicatione excipit, quò ipſum ab agendo repellat, tum nomen excommunicatoris, tùm ſpeciem excommunicationis intra octo dies probare debeat, die illo, in quo obiicitur iſta excommunicationis exceptio, minimè computato verb. *ſi quis igitur* excommunicationem opponit, ſpeciem illius & nomen excommunicatoris exprimat, ſciturus eam rem ſe deferre debere, in publicam notionem, quam intra octo dierum ſpacium (die, in quo proponitur, minimè computato) probare valeat apertiſſimis documentis. Ex quo rurſum efficitur, diem illum, quo certus alicui terminus præfinitus eſt, in termino iſto non computari.

X.

Quintò, vt maximè quis obiiceret, hoc ita in caſib. quibuſdam certis ſpecia-

tum ex-

tim expreſſis obtinere, hæc tamen negatiua potiùs ſententia, quàm affirmatiuâ ſequenda eſt, quòd æquiorem ac benigniorem partem ſequi debeamus, *l. Benignius ff. de legib. & l. placuit C. de Iudic. cum ſimilib.* benigniùs autem & æquius ſit, ne quis vnius diei lapſu excludatur à iure ſibi competente *l. 1. ff. de negot. geſt. & l. 1. ff. de vſucap.* quo argumento vtitur *Tiraq. de Retract. d. § 1. gl. 11. n. 22.*

XI.

Sextò, cùm optima legum interpres ſit conſuetudo *l. ſi de interpretatione ff. de legibus.* hæc ſententia conſuetudine recepta eſt, eamque de conſuetudine obſeruari atteſtantur *Alberic. & Fulgos. in d. l. 1. ff. ſi quis cautionib. Bald. in l. eos §. ſi autem C. de appellation. Paul. Eleaz. in d. cap. § 1. verſ. not. ex iſta gl. de reſtitut. ſpoliator. lib. 6.* Hanc in Delphinatu Galliæ ſeruari aſſeuerat *Guid. Pap. deciſ. Delphin. 270.* An dies termini. Hanc poſt iſtos à ſeſe allegatos de conſuetudine ſolere obſeruari atteſtatur *doctiſſimus Tiraquell. d. § 1. gl. 11. n. 22.*

XII.

Septimò hanc ſententiam in Camera Imperiali vſitatiſſimam eſſe ideoque alteri præferendam atteſtatur *Mynſinger. centur. 5. obſeruat. 15. numer. 4.* vt *infrà dicetur plenius.*

XIII.

Denique hanc ipſam ſententiam multò plures multoque maioris & nominis & autoritatis Iuriſconſulti defendunt *Iacob. Butrit. Raynut. Bart. Alber. Angel. Salic. Paul. Caſtrenſ. Roman. & Iaſo in l. 1. poſt gloſſ. ibi ff. ſi quis cautionib. Specul. Titian. de Citation. §. viſo verſ. penultim. aliique complures, quos refert & ſequitur Tiraquell. de Retra. § 1. gloſſ. 11. numer. 18.* Hanc magis communem dicit *Cæſar Contard. in Repetit. l. Diffamari quæſtion. 14. num. 92. Mynſinger. centur. 3. obſeruat. 95. num. 4. & centur. 5. obſeruat. 15. num. 4.*

XIV.

Reliquum eſt, vt ad argumenta contrariæ ſententiæ reſpondeamus. Et primò non obſtat *text. in l. 3. § Minorem ff. de Minorib.* vbi tempus de momento ad momentum numerari ſcriptum eſt. Ego inter naturalia & ciuilia ſiue inter ea quæ certum tempus à natura, & inter ea quæ à lege ſiue Iure ciuili certum tempus præfinitum habent.

In naturalibus, cum natura diuiſionem temporis non admittat, vt quæ ſit immutabilis, & curriculum abſque vllâ interruptione ſuum plenè perſequatur; tempus de momento ad momentum computandum eſſe affirmo. Cùm autem Iuriſconſultus Vlpianus *in d. l. 3. §. Minorem* quæſtionem proponat, an minor viginti quinque annis ante ætatem iſtam viginti quinque intellige annorum nondum plenè competant, ſic vt nondum compleuerit diem natalis ſui, & horam nondum attigerit, in qua natus eſt, aduerſus contractum in minorenni ætate celebratum, in quo circumuentus fuit, ſi nimirum vltimus dies viginti quinque annorum ſui dies natalis eſt currat, & ad complementum illius, vna adhuc hora ſuperſit, ad iſtam in qua natus eſt, reſtitui poſſit; Et reſpondens, adhuc diem natalis minoris dici ante horam, in qua natus eſt, captum minorem reſtituendum eſſe, &, quod veluti ratio deciſionis illius ſubiicitur à momento ad momentum tempus ſpectari, intelligitur hinc, Iuriſconſultum reſpexiſſe ad metam perfectæ ætati à natura præſcriptam, ideoque mirum non eſſe, quamobrem tempus ibi à momento ad momentum computetur, quòd natura ſit ſui ſimilis, & curſum ſuum conſtanter abſque vllo flexu tenere ſoleat. Experientia namque quotidiana, certiſſimum in omnibus diſciplinis veritatis κριτήριον cumulatiſſimè comprobat neminem perfectam & integram aſſecutum intelligi ætatis ſuæ maturitatem, niſi viginti quinque annos compleuerit.

Digitized by Google

Hinc Iacobus Cuiacius omnis ſubtilitatis indagator ſolertiſſimus & Iuriſconſultus planè incomparabilis *ad l. 1. ff. de Minorib. 25. annis* eleganter hunc ad modum ſcribit, hæc ætas, *inquiens*, ſtatus appellatur & *ἀκμὴ l. cùm pater §. curatoris ff. de legat. 2.* quia ſcilicet ſit creſcendi finis, quamobrem & perfecta, plana, integra ætas in libris noſtris appellatur, quæ ſequitur, ætas *παρακμὴ* dicitur. Et autore Galeno etiam ipſe Hippocrates ſenſit, hanc ætatem 25. annorum eſſe pubertatis finem, dum libro 5. *ἀφορισμῶν* ait, Comitiales morbos accidentes ante pubertatem ætatis mutatione ſanari, accidentes anno 25 non item. Humorum autem & corporis perpetua agitatione ac perturbatione adoleſcentium animus agitatur ac perturbatur, atque adeò *vt Vlpianus ait*, fragile eſt & infirmum huiuſmodi ætatum conſilium, propter quam cauſſam Ariſtoteles ſcribit, adoleſcentes non eſſe moralis Philoſophiæ idoneos auditores, nos rerum tantummodo ſuarum idoneos adminiſtratores eſſe negamus.

Quia verò hæc corporis continua perturbatio conquieſcit, cùm adoleſcentes ad ſtatum, id eſt, ad annum 25 peruenerunt, ideò poſt eam ætatem rerum ſuarum adminiſtrationem recipiunt, & eorum nomine, quæ antè geſta ſunt, ad petendam reſtitutionem annum vtilem habent, & ex Conſtitutione Iuſtiniani quadriennium continuum, ita vt poſſint hodie intra 29 annum reſtitutionem in integrum poſtulare. *Hæc Cuiacius.*

Cum igitur tam Philoſophis quàm Iuriſconſultis atteſtantibus iſta viginti quinque annorum meta à natura ſic præſcripta, iuraque naturalia ſint immutabilia *§. penulti. Inſtitut. de iur. Natural. Gent. & Ciuil.* tempus iis præſcriptum non aliter quam à momento ad momentum computari poteſt. In ciuilibus autem ſecus ſeſe res habet.

Cùm enim ciuilia ſint mutabilia, in iis tempus præciſè de momento ad momentum computatur. Hinc in vſucapionibus, quę Iure ciuili introductæ ſunt *in princip. Inſtitut. de vſucapion. & §. final. Inſtitut. de Vſu & Habitation.* tempus non à momento ad momentum computatur, ſed poſtremus dies illius temporis, quod à iure ciuili rei alicuius vſucapioni præſtitutum eſt, cœptus pro completo habetur, ſic vt qui illum attigerit, rem vſu cepiſſe dicatur *l. 6. ff. de vſucapion.* cuius legis inſcriptio eadem eſt cum *d. l. 3. ff. de Minorib. vigint. quinque annis.* Vlpianus *libro vndecimo ad Edictum*, vbi Iuriſconſultus *inquit*, in vſucapionibus non à momento ad momentum, ſed totum poſtremum diem computamus, *& l. final. in princip. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcriptionib.* vbi Venuleius Iuriſconſultus in vſucapione, *inquit*, ita ſeruatur, vt, etiamſi minimo momento nouiſſimè dici poſſeſſa ſit res, nihilominus repleatur vſucapio, nec totus dies exigitur ad explendum conſtitutum tempus.

Hanc ego conciliationem Iuris adhuc ſtudioſus in Academia Marpurgenſi in collegio priuato commodè inſtitui poſſe, multo tempore ante, quàm Tiraquelli operum mihi copia facta eſſet, exiſtimaui. Hoc namque ipſo die, cum hæc ſcripſi, comperi demùm, magnum illum, magnum autem imo maximum ſui temporis Iuriſconſultum Andream Tiraquellum in eadem mecum ſententia commorari, dùm *in Tractat. de Retract. §. 1. gloſſ. 11. num. 29.* anteà à ſe poſitam principalem concluſionem noſtram, quòd nimirum dies termini ſiue aſſignationis, vt loquuntur, termini in termino ipſo, non computetur, limitat, vt non procedat in tempore à natura præſtituto. Verba illius propter maiorem fidem huc aſſcribere placet quæ ita habent:

Quintò limita non procedere in tempore à natura præſtituto. Nam cùm viam naturæ potiùs ſequi debeamus, quàm artis (eſt enim natura omni arte potior potentiorque) ſitque artis & iuris ciuilis, non naturæ, vt prima illa dies non computetur in termino: relinquitur, vt hoc caſu, quo natura ipſa tempus præſtituit, prima dies computetur, vt etiam dicitur voluiſſe

Bald.

Bal. in l. Gallus in prin. in 6. eademq́; vlt. q. ff. de liber. & poſth. & in l. qua ætate ff. de Teſt. Et *ita illum refert & ſequitur Socin. in tract. fall. regula 91. in 1. fall. Hac Tiraq. ibi.*

Neque obſtant textus allegati de decendio ad appellandum præſtituto, quia tempus illud in progreſſu quidem continuum, ſed ab initio vtile eſt *c. concertationi de appellat. in 6. Bald. in dict. Auth. Hodie nu. 4. ibiq́; Caſtr. nu. 2. Spec. tit. de appellat. §. reſtat nu. 1. Gail. 1. obſ. 139. nu. 7. Et dixi ſuprà p. 3.*

XV.

Neque obſtat, quòd obiectum fuit, quoties in iure non exprimatur, tempus eſſe vtile, id continuum intelligi, quia hoc procedit, poſteaquam tempus currere incepit *Ant. Marc. in tractat. de Tempor. vtil. & continu. c. 3. nu. 1.*

XVI.

Neque obſtant denique autoritates pro confirmatione contrariæ ſententiæ in medium allatæ, quia ſuprà oſtendi, hanc negatiuam noſtram & magis communem eſſe, quæ ſemper in iudicando meritò obſeruatur, & rerum iudicatarum autoritate comprobatam, & conſuetudine confirmatam, & Cameralis practicæ experientia corroboratam, & denique, ſi autoritatibus interpretum pugnare fas eſt, à multò maioris nominis, & excellentioris autoritatis Iuriſconſultis defenſam.

XVII.

Quibus omnibus ita conſtitutis, & obſtaculis ſingulis & vniuerſis è medio remotis, ſine vlla prorſus hæſitatione concludendum eſſe arbitror, quòd dies termini in termino ipſo non computetur.

XVIII.

Cum autem prætereà demonſtratum ſit, Cameralem practicam ſententiam obſeruare, nunc quomodo termini in Camera computentur, & hactenus à nobis aſſerta ſententia in Camerali terminorum computatione ad praxin deducatur, videamus.

XIX.

Ante autem quam longiùs abeamus, ſciendum eſt, in iudicio Cameræ Imperialis triginta dies in ſingulos menſes ſine diſcrimine computandos eſſe *p. 2. Ordin. tit. 29. §.* vnd ſollen ie für einen Monat dreiſſig Tag gerechnet werden. *Memorial. Viſitation. Iudic. & Aſſeſſorib. Cameræ Anno 79. §.* damit auch / *cuius hæc ſunt verba:* Damit auch alle diſputationes bey den Procuratorn / wie vil Tag zum Monat zu rechnen / ſoll man allemal dreiſſig Tag für ein Monat rechnen *Ciſner. in ordinat. fol. 395.*

XX.

Quæ autem ſuprà diſtinctio tradita eſt, quòd terminus aut à procuratore admiſſus acceptetur, aut à Iudice per ſententiam præfigatur, ea nunc huc repetenda, atque in hac Cameræ Imperialis termini Computatione conſtituenda probè notanda eſt.

XXI.

Et viciſſim generaliter quotieſcunque menſis vel vnus vel plures præfiguntur, Regula in concluſione decimanona tradita, quod nimirum in ſingulos menſes triginta dies in Camera Imperiali computari debeant, diligenter in memoriam ſemper reuocanda eſt, ne idem ſæpius dicendo tùm in legem τὸ ὅλο πρῶτον delinquamus, tùm hoc florente menſe Maio, quo hæc ſcripta ſunt, Cuculi canticum cantare velle cuiquam videamur.

XXII.

Cum terminus à procuratore admiſſus acceptatur, computatio termini à proximo Receſſus die, quem habuit procurator, cum terminum acceptatum nunc ſibi dari petijt, cōputatio iniri debet *Chriſtophor. Schvvanmanni lib. 1. Proceſſus Cameralis c. 27. nu. 4.*

XXIII.

Exempla ſunt vades quaſi & ſponſores præceptorum Exemplo igitur ſaltem vno ſubiecto hoc declaremus. Titius vnius partis procurator 7. Iulij ad libellum exhibendum octo ſibi mēſes dari petit. Hos Sempronius aduerſę partis procurator ipſi concedit ſiue admittit. Admiſſos ita Titius acceptat. Nunc quæritur, quomodo iſta octo menſium computatio iniri debeat. Dictum fuit, ſi terminus à procuratore admiſſus acceptetur, computationem à proximo habiti receſſus die ineundam eſſe. Iam receſſus ſeptimo die Iulij fuit habitus. A die igitur proximo illius octauo nimirum Iulij computatio octo iſtorum menſium inſtituetur, atque ſic terminus erit 4. Martij Anno ſequenti.

XXIV.

Vides & intelligis, cum computatio non ab ipſo habiti Receſſus die proximè ipſum inſequente, inſtitui debeat, in termino octo iſtorum menſium diem termini ſiue admiſſionis termini non cōputari.

XXV.

Cùm verò terminus per ſententiam alicui præfigitur, ſubdiſtinguendum eſt, quòd nimirum aut ex officio terminus alicui præfigatur, aut Terminus petitus per ſententiam præſtituatur *Chriſtophor. Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. d. cap. 27. num. 6.*

XXVI.

Cùm ex officio terminus præfigitur veluti In Sachen D. contra E. Mandati de relaxando Arreſto iſt Licentiato E. ſeyn am 20. Junij jüngſt der declaration pœnæ halben beſchehen Begehren abgeſchlagen / ſondern jhm / was ſich auff Exceptiones ermeltes Tages eynkommen zu handlen gebühret / Zeit 4. Monat / pro termino & prorogatione, von Amptswegē angeſezt / mit dem Anhang / wo er ſolchem alſo nicht nachkommen würdt / daß als dann dieſe Sach dieſes puncten halben für beſchloſſen hiermit angenommen ſeyn ſoll / Public. 18. Auguſti Anno 96. eo in caſu termini computatio à die latæ interlocutoriæ 18. nimirum Auguſti die iniri debet: Et tunc terminus erit 16. Decemb. Anno eodem. *Chriſtophorus Schvvanm. lib. 1. Proceſſ. Cameral. d. c. 27. nu. 7.*

XXVII.

Ex hac computatione colligitur, diem termini ſiue aſſignationis Termini in Termino non Computari. Si enim decimus octauus Auguſti, quo terminus per ſententiam Iudicis Interlocutoriam præfinitus fuit, vnà computaretur, tunc terminus foret 15. Decembris non autem 16.

XXVIII.

Cum autem tempus petitum per ſententiam admittitur & præfigitur, veluti ſi Titius procurator vnius partis 7. Ianuarij Anno 96. ad agēdum ad productum ab aduerſa parte libellum ſibi octo menſes dari petat, Seius autem procurator alterius partis tot menſes ei concedere nolit, ſed tantum ſex admittere velit, eoque ſuper puncto vtrinque ſubmittatur, poſteaq; petitum tempus ad libellum agendi per interlocutoriam Titio rei procuratori admittatur, id quod hunc in modum fieri ſolet: Im Sachen A. contra B. citationis iſt der von E. was ſich auff Libellum articulatum den 7. Ianuarij jungſt eynkoñen zu handlen gebühret /

gebettene

gebetenr zeit (octo nimirum menſes petiti) pro termino & prorogatione zugelaſſen vnd angeſezt/mit dem Anhang/wo er ſolchem alſo nicht nach kommen würde/ daß als dā der Krieg Rechtens fürbefeſtigt hiermit angenom̃en ſeyn ſoll. *Publ. 11. Febr. Ann. 99. Schvvanm. d. c. 27. nu. 8. & 9.* Hoc in caſu Termini computatio nō à die publicatæ interlocutoriæ nimirum Februarij die ſed à die habiti Receſſus, 7. nempe Ianuarij computatio inſtituetur, & ſic erit terminus 7. Septembris, quod verbum admittimus zugelaſſen ad habitum receſſum & tempus petitum ſe referat *Schvvanm. d. c. 27. nu. 10.*

XXX.

Hinc rurſum apparet, diem Receſſus habiti in termino non computari.

XXXI.

Illud tamen hic etiam atque etiam animaduertendum obſeruandumq; fuerit, ſi tempus à Procuratore pro termino ad agendum petitū, veluti in caſu præmiſſo tempus octo menſium, ante quam Iudex interloquatur, fluere labiue cōtingat, Procurator intra tempus illud, quod petiit, à die habiti receſſus computandum, ſub præiudicio agere teneatur *Decret. General. Camer. 23. Auguſt. Anno 85. cuius hæc ſunt verba,* Daß auch hinfuro/wan ratione primi termini ſubmittirt iſt/ einem jeden Procuratorn/ſein ſelbſt zur Handlung begerte vom gegē Anwalden aber widerſprochene Zeit/es werde gleich auff ſolche ſubmiſſiō/ ratione termini, vber Kurtzein oder Lang/oder etwan vor deſſen gentzlicher verflieſſung gar nicht interloquirt/darnach als baldt à die habiti Receſſus anlauffen/vñ er von ſelbem Tage an zurechnen/zwiſchem ſolchem ſeinē ſelbſt begerten/oder hernacher per ſententiā abgekürtzten Termin/ſub comminatione præiudiciali, zu handlen ſchuldig ſeyn ſoll.

XXXII.

Nunc quomodo prorogationis obtētæ computatio iniri debeat, in quæſtionem venit. Et hîc computatio non à die habiti Receſſus, aut latæ per Iudicē interlocutoriæ, ſed ab extremo & vltimo primum obtēti termini die, quo terminus prior initur, computari, & cum priori termino continuari debet *Chriſtoph. Schvvanman. d. c. 27. nu. 16.*

XXXIII.

Exemplo hoc appoſito declaremus. Titius Procurator 18. Ianuarij anno cōmuni ad agendum obtinuit tempus octo menſiū, qui 15. Septembris exeunt, die 26. Auguſti exhibito documento ex cauſſis ante inſertis 18. Ianuarij petit prorogationem obtēti termini ad quatuor menſes: Tum ſi paulo poſt veluti 2. Septēb. Iudex interloquatur hunc ad modū: In Sachen N. cōtra O. iſt Beſcheid/das die am 18. Januarij Jungſt erhaltēne zeit auß verbrachtē Vrſachē (wie gebetten) ſich erſtrecke. Cōputatio nō à die habiti Receſſus 26. nimirū Auguſti, neq; à die latę ſentētiæ, 2. nimirū Septēbris, ſed ab extremo & vltimo primùm obtēti termini die, quo terminus prior finitur, 15. videlicet Septēbris, cōputatio inſtitui, & cū priori termino continuari debet. Terminus igitur ſic erit 13. Ianuarij. *Schvvanm. d. loc.*

XXXIV.

Ex quo intelligitur, in termino ex prorogatione obtēto diem vltimū prioris termini nō computari: Si enim vltimus dies in termino cōputaretur, terminus foret non 13. ſed 12. Ianuarij. Id quod calculatio euidenter ad oculū demonſtrat.

XXXV.

Ampliatur tradita prorogationis computatio, vt etiam in prorogatione prorogationis procedat *Schvvanm. d. c. 27. nu. 17.*

XXXVI.

In memoriā hîc reuocādū eſt ſuprà traditū theorema ex Cōſtitutione Imperij in Co-

in Comitijs Anno 94. habitis Ratiſbonæ promulgata, quòd prorogationes prorogationũ ſicut nec noui termini, citra Iudicis cognitionẽ & non niſi probatis iuſtis cauſſis peti & concedi debeant.

XXXVII.

